


13
8 E
25

ORIGINVM AC GERMANICARVM ANTIQVITATVM LIBRI,

Leges uidelicet,




Salicæ pag: 3	Ripuariæ 39
Allemannorum 61	Boioariorum 85
Saxonum 122	Vueſtphalorum
Angliorum 127	Vuerinorum 127
Thuringorum	Friſionum 131
Burgundionum 149	Langobardorum 159
Francorum 263	Theutonum.

OPVS CERTE' PIETATIS. NEC'NON VETERIS VENERANDAE'QVE ILLIVS VERE' FRANCICÆ maieſtatis plenum. In quo non ſolum Rerum ac Vocum, noſtrarum proprietas cernitur, ſed maiorum quoque noſtrorum Imperium, eorundemq; tum in diuinis, tum humanis, ſolers quædam adminiſtratio, omnibus Rebuſp. ceu abſolutiſsimum exemplar, ſeſe exhibet imitandã. Hactenus & Theologorum & Iuriſconſultorum ſtudioſorumq; omnium incõmodo, aut ſuppreſſum omninò, aut hinc inde lacerum atq; mancum diſperſum. Nunc autem VVOLVFFGANGI Abbatis Principis FVLDENSIS benignitate & in patriam flagranti ſtudio, ex ſuperba illa celeberrimi Collegij Bibliotheca, in lucem, ad temporum horum tàm in Eccleſiaſticis, quàm in Ciuilibus rebus, pertinaces illas concertationes tollendas, pacandosq; bonorum animos, diuinitus ſanè, prolati.

OPERA VERO',

BASILII IOANNIS HEROLD, AC COLLATIONE EXEMPLARIORVM, QVAE uetuſtiſsimis, necnon ante ſeptingentos annos depictis characteribus expreſſa erant: deſcripti, emendati, atque in lucem magna religióne editi.

Authores Legum, ſequens pagina verſa docebit.

BASILEAE, PER HENRICHVM PETRI.

Cum Cæſareæ Maieſtatis gratia & priuilegio.

Authores Legum infra scriptarum ac eorum anni.

Ansegisus Abbas Lobiensis.	838	Luidprandus Langobardorum Rex	731
Astulphus Langobardorum Rex.	751	Otho Magnus.I.Imp.Aug.	958
Bodogast Sapiens.	410	Otho.II. Imperator Aug.	980
Carolus Magnus.Imp.Aug.	790	Pharamundus Francorum Rex	424
Carolus.IIII.P.F.Imp.Aug.	1377	Pipinus Italiæ Rex	800
Clodoueus Francorum Rex.	512	Rachis Langobardorum Rex	749
Conradus.II.Imperator August.	1026	Rotharis Langobardorum Rex	639
Dagobertus Francorum Rex	625	Salogast Sapiens	430
Grimoald Langobardorum Rex	670	Saxmundus sapiens.	600
Guido Rex Italiæ	898	Theodoricus Gothorum Rex	515
Gundobadus Rex Burgundionum.	502	Vuarmundus Sapiens	610
Henrichus.II.Imp.P.F.Aug.	1046	Vuindogast Sapiens	430
Lotharius Cæsar.	822	Vuisogast sapiens	430
Ludouicus Imperator August.	816		

NOMINA EORVM, QVI COMMVNI-
catis exemplaribus aliquibus, collationem
nostram liberalissime iuuarunt.

Bonifacius Amerbachius I.V.D.Basiliensis.
Carolus Vicecomes Eques & Senator Mediolanensis.
Daniel Mauch I.V.D.Scholasticus & Canonicus Ecclesiæ Vuormaciensis.
Iacobus Parcus Celta Typographus Basiliensis.
Ioannes Miles Abbas S.Mauritij,ad Agaunum in Veragris siue Vualesia.
Ioannes Sphyractes Iurisconsultus Basiliensis.
M. Antonius Ghiringhellus Mediolanensis.
Michaël Vuestermannus Iurisconsultus, Canonicus Vuormaciensis.
Valentinus Echisthenes siue Klenckardus Iurisconsultus.

IOAN

IOANNI ARCHIepiscopo Treuerensi, VII. viro PRINCIPI ELECTORI,

BASILIVS IOANNES HEROLD, S.



Niuersitatis huius machinam omnem IOANNES VII uir Princeps, Parentem illum æternum atque probum fecisse constat ex nihilo; id, cum non fuerit unquam, cum ortum non habeat, neque usquam extet, horridum sanè, mœstum, nec'non omni humanæ rationi tristissimum appareat necesse est. Quandoquidem & optimis & pulcherrimis, afficiatur mens humana, dum ea ad æternitatem illam ac eius ædificatorem, ceu exemplum absolutissimum, ad imaginem primam eamque lætissimam recurrere sentiamus. Hinc, terræ & ignis, ex comparatione proportioneue aquæ & spiritus, copulata illa soliditas & coagmentatio, nulli neque morbo, neque ullo senio obnoxia, forma adeò cognata & decora, motu suo atque operatione fœcunda, uisum habet tàm insignem, & illustrem. Hinc etiam est, quod, in medio collocatum, atque per totum diffusum, ex procreatoris Dei mente & uoluntate, genitum uidelicet animum, cùm oculorum sensum effugiat omninò, reliquos tamen sensus omnes, ex temperamenti sui suauitate ita percellat, quod ceu proprium, ac præter eundem appetere magis, aut tenacius retinere planè nihil, omnia animantia, uideamus. Vt, quæ abscessione illius maximam molestiam, accessione autem uoluptatem summam capiant. Apta deinde illa corporis compago, concinnitati figuræ, ac partium conuenientiæ consentiens, quam non dignitatem uiro ? quantam uenustatem mulieri tribuit ? quid aspectu contueri lætius potest ? eam autem alacritaten mentis deprimit omnem, immanitas, ac si qua sese offert monstri fœditas: quoniam imperfectio ab æternitate tantùm remota, absoluto conglutinari non potest. Quapropter etiam, illo animorum, moderationi naturæ consentaneo habitu, nihil delectabilius, nihil amabilius inueniri potest, cùm affectionum perturbati illi motus atque impetus, tàm à ratione auersi cernantur. Vnde eæ, quę arte nulla comprehendi posse, uidentur, rerum nempè uicissitudines, tantam uoluptatem atque dulcedinem adferunt, dum cœlum hoc tenebris, grauitate, aut frigore inhorrescere iam, luce deindè illustrari, patêre, temperieque sua, inferiora fo-

uere: aut inhorrere terram nunc, paulò pòst florere. Si actiones humanas, iam dissensionibus concertationibusq; exercitas, lætæ tandem pacis tranquilitate frui, conspicimus. Neq; dubium est, hæc tanta, documento nobis esse, quo cognoscamus præpotentem & sapientissimum effectorem mundi Deum, cum tantam rerum molitionem perficeret, maximam habuisse rationem, ut homini, quem operibus suis præficiebat, naturæ defectus omnes obtenderet, quorum terrore, ad amplexandam integritatem diuinitati similiorem, redderetur alacrior: atq; ex ipsa malorum calamitate, ad cognitionem peruenirent mortales, eius plenitudinis, imitarenturq;, quam habet propriam, quamq; rebus omnibus affundit, siue uirtutem nomines, siue bonitatem. Quæ quidem, quàm peruersissimis quibusuis temporibus, quàm incumbente rerũ deploratissimo hoc statu, magis nunquam enituit, aut uiris Reipub. amantioribus æquè præsens fuit unquã. Repetantur itaq; huius rei aliqua, ex multa illa uarietate seculorum, exempla celebriora. Certè ipsum mundũ Dei Opt. Max. indignatione haud grauiori, propter commissa, inundanti aquarũ diluuie deperijsse crediderim, quã benignitate ad miranda reliquias illas, ipsum amplexũ fuisse, quando Noachum illum, dono (quo nullum optabilius unquam Dei hilaritate contributum sit, neq; eius munere aliud concessum, aut mortalium generi dari potuerit præclarius) afficeret, acq; studium illi impertiret, pietatis & æquitatis, quod literis ad posteros transmitteret. Opiner autem Pharaonis tyrannidem, grauem admodum, Israhelis seruitutem fuisse durissimam, equidem in collatione similitudinem omninò nullam esse uideo, ad actiones Moysi fortissimi Imperatoris atq; à Deo edocti Legislatoris gloriam, quàm consequutus est fortiter agendo, necnon monimentis sacratissimis toti humano generi consulendo. Nullus mihi de Solone sermo, de Lycurgo nullus erit, qui cum ex feritate ad iustitiam humanitatemq; homines Græcos traduxerint, apertè docent, in summa semper rerum peruersitate, auxilium diuinum summum adfuisse suis, fuisse multum, dona quocq; eius, in melioris notæ plurimis hominibus, uiguisse. Romana, imò totius incogniti ac cogniti orbis siue Respublica, siue humana illa congregatio, præter execrabile scelus quid erat? eo ipso tempore, quo præter Deum expiare tanta facinora, præter hominem reconciliare genus humanum nemo posset? Tamen optimorum, & doctorum tunc uirorum amplior numerus, quàm ullo alio seculo in rerum memoriam relatus est. Hoc uerò nostrum tempus cum illis omnibus, difficultate rerum longè antecellat, amarissimis insuper altercationibus, conflictuq; animorum exacerbatorum, in rebus tam diuinis quàm humanis omnia nutent: inter paucos tamen, te unum IOANNES Princeps, ceu è cœlo diuinitus delapsum hominem, boni omnes intuentur, ac eũ esse deprædicant, cui si obtemperatum fuerit, eam, quæ nunc nulla est omninò, propediem instauratam, imò optimè stabilitam Rempublicam Germanam fore, cum asseueratione graui affirmant. Eius autem iuuandæ tibi desyderium innatum, ingenij fortunæq; facultates largas esse Deo authore

thore, ſummoperè gratulandum eſt omnibus, neq; meum committere, ut rectiſsimi illius tui ſtudij conatus, efficaciſsimis prudentiſsimorum ſapientiſsimorumq; noſtrorum uirorum Principum ſubſidijs atq; monimentis, non confirmem, cum ſanctiſsimi ſenis VVOLVFFGANGI Principis Fuldenſis pietate, in manus mihi deuenerint, LEGES SALICAE quibus dignitas Germanici nominis, ac ueræ Franciçę libertatis maieſtas aſſeritur. Eas cum longè ante Iuſtinianas illas ſancitas conſtet, à maioribus noſtris tàm auguſtas, tàm ſacroſanctas habitas fuiſſe, grauiſsimorum authorum teſtimonio exploratum habeo, ut cætera potius Iura omnia, & diuina & humana, diſsimulari abrogariq;, quàm ipſas uiolare perferrent tolerabilius. Optima ſanè ratione, ex ijs etenim, non ſolùm coniunctarum Legum omnium fontes & capita defluxerunt, uerùm etiam, quanta priſcis illis erga Deos immortales pietas, quanta erga homines æquitas inſita fuit, elucefcit. Quanta aduerſus gentes exteras omnes, æterna illa noſtrorum fuerit authoritas, Imperijq; amplitudo, quod maximum fuiſſe argumento eſt, cum Romanos ipſos, rerum ſcilicet dominos, gentemq; togatam, Legibus ſeuerioribus noſtris cõercitam, Franco cõditione, ſtatu, ſeu iure, in omnibus inferiorem habitam tunc, declarant. Harum igitur adminiculo (dedico enim tibi IOANNES Princeps, atq; oſtero Leges has) enitere ad gloriam illam immortalem, ad honorem quem à pueritia cogitaſti, dum ſtudia uirtutis amplecteris, & bonæ exiſtimationis fructum uberrimum tibi propoſueris. Adeſt namq; maxima occaſio, acerba ea tamen, at uiro bono omnibus modis complectenda, calamitas patrię, in quam nunquam incidiſſet, ſi commune gentilium noſtrorum conſenſum ſequi maluiſſet, quàm ui ac fraude deuincere & perfringere ab ipſo numine, per maiores noſtros deductas has rationes honeſtas, quibus integris, ſuprema Germanię ſalus ſtetit. Nunc igitur tu IOANNES Princeps, celerrimè expectationi bonorum ſuccurre, erige labefactatam pertinacia, ac ea, quę nullam peccati traductionem admittit, ambitione quorũdam quaſſatã Rempublicam. Munus ſuſcipe dignum Germano atq; ingenuo uiro, proprium VII uiro in Salicorum, hoc eſt, ueteri illo ac uerè Germano Imperio Tabularij magiſtro, IOANNE à LEYEN & Archiepiſcopo & Principe digniſsimum. Pollicetur id de te, elegantiſsimis ſtudijs, egregijs factis hucuſq; uita tua traducta, quæ abundè, ultrò, & maxima omnia præſtabis, quandoquidem à genio illo tuo nunquam diſſentis: aut in te ſit inani nihil, nihil inflati, aut amari. Accedit eximiorum Collegarum tuorum DANIELIS Maguntini, ANTONII Colonienſis VII uirorum, coniuncta tibi animorum uoluntas, necnon RODOLPHI Spirenſis Principis in Rempubl. par ſtudium. Qui cum magnis uirtutum & induſtriæ artibus adeptam illam in Eccleſia Chriſti, maioribus meritis dignitatem ſuam, maximam & prędariſsimam reddunt, ad pacificandam horum temporum & rerum turbam, recuſabunt laborem nullum. Neq; deerunt, quos liberali & planè regia beneficentia ſubleuare ſoles,

uiri boni & docti. Sequentur etiam alij Principes uiri, hoc tuum quia praeclarum est exemplum ac pietatis plenum: illecti institutis his, atq; maiorum suorum Legibus, cum ipsis non nisi antiquissimae & summè cordi esse possint. Eae uerò in celebratissima Fuldensi Bibliotheca, per tot annorũ spacia, numerosis & importunissimis cladib. q̃d superesse potuerint, aut hucusq; delituerint, haud sine consilio quodam accidisse arbitror, quo extremos nouissimosq; casus humanos, diuinum numen sustentare ac subleuare solet. Cum his ad componenda Religionis ciuiliaq; negotia, aequè efficax, aut in tempore magis commodum sese quicquam exhibere nequeat. Quo uerò animo ad publicandas has Leges ipse accesserim, ut de me quoq;, id quod res est, ac uerum fatear, operaepretium duxi. Qui cum ingenij & fortunarum difficultate, nihil possim, plurimùm autem studuerim, ut exempla proferrem aliqua hominis amantis patriae, quàm omni cogitatione semper complexus sum, sensi externarum rerum scriptores, ob inuidentiam quae summam petere solet, factis contentam, spe nulla celebrare potuisse, quam uirtute praegrauem uituperare non auderent, uno silentio obscurare confiderent. Ideò ad illius res antiquissimas, memoria dignas, & ex Tabularijs Germaniae maxima diligentia & cura colligendas, me totum tradidi, ea siquidem intentione, ut Gentis, qua nulla fuit fortior, res gestas praeclaras, certa quadam & antiquissimorum testificatione, in numerato haberem, explicaremq; illas, in ijs Efflorescentis Germaniae Commentarijs, quos in hac mea rerum tenuitate, FRIDENRICHI Palatini Principis benignitate pellectus, scribere inchoaueram (subsidijs uerò, tristissima eius atq; seculis omnibus lugenda morte, non solum destitutus, sed in depingenda, ipsius iussu, illa Francica atq; Palatina stirpe, labore & expensis nondum receptis exhaustus, & inuidorum quorundã uoto perditus omninò) perficiẽdos mihi proposui, posteris omnibus ad imaginem ueteris Germaniae exemplum diuinũ aliquod relicturus. Hoc dum molior, accidit patriae fato feliciori, ut in hosce libros inciderem, qui praeter ea quae diximus, Origines & Rerũ & Vocabulorũ gentis nostrae (cum in Legum promulgatione unica illa proprietas quaeratur) ab octingentis iam annis suppressos omninò ac desyderatos, uel aliena lingua nobis, quàm hactenus ab ullo Antiquitatũ diligẽtissimo inquisitore Germana uoce, germanum sensum magis propriũ exhibent: maxima certè & detestanda nostri seculi uel negligẽtiae uel inscitiae accusatione, quod aliena mirari, appetere, atq; externa amplecti soleat, cum domestica spernere, opes suijpsius nescire, atq; optima negligere uideatur. Quãta enim ubertas huius nostrae linguae sit, qui ornatus, quae efficatia, ruda illa atq; impolita translatione facile perspici potest, cum genuina illa huius maiestas, nullo aliarum linguarũ plectro assequi possit. Tãtam uerò grauitatẽ, atq; diuitias tantas, cum nostris ceu digito mõstrare, atq; explicatione quadam enucleare (ut ex contextu interiectis literulis deprehendi potest) incepissem, fateor ingenuè, negotij mole temporisq; breuitate, omne illud meum institutũ interpellatum fuisse, quod sesquimen

se non integro, describenda mihi omnia, emendanda, atq; Longobardā in doctiq; hominis cuiusdam picturā, ac ad alia quatuordecim aut amplius exemplaria conferenda essent, fato uti aestimo meo, quo labores meos indies accrescere sentio, spero, fructu quodam maturo. At interpretationem illam laetiori & maiori Lectoris applausu breui in publicum dabo. Interea laborem hunc meum, quem tua fretus benignitate suscepi omnem, absolui ex parte, offero tibi IOANNES Princeps, cum & otij spes non minima, in te mei sita sit, atq; benignitas tua mihi notissima quam felicitatis meae quoddam initium duco. Suscipe itaq; Leges Germaniae, Leges dico, quae rationes, institutum, & normam uitę tuę exprimunt, in quibus & morum & moderationis tuae aequabilitas elucet. Vbi cuncta, ei equidē, quam sustentas, personae, id est, authoritati Reipub. & religioni Christianę respondent. Suscipe (inquam) hunc qui tibi debetur, ritè & oportunè inscriptum librum, quo edendo si bene nauatam operam meam, si tibi conatum meum probari intellexero, de reliquis meis, quin eadem tibi persuadeam, nihil mihi erit dubij, imò pergā omnia mea, tua, ipsum me totum tibi addictum esse, clarissimo testimonio cōprobare. Eapropter pręter unicū id mihi uotis omnib. à Deo Opt. Max. petendū aliud occurrit nihil, ut numine suo, faustus tibi atq; factorum cogitationumq; tuarum dexter adsit, tu uerò meis laboribus, ingēti rerū occupatione impeditus, deesse unquā ne cogaris. Fiet tunc, ut patriae laus quam anhelo, tuae gloriae coniuncta, ac nostris scriptis inserta apud uiuos si inuidiam declinare non poterit, posterûm tamen recordatione perpetuum ut floreat. Vale Princeps amplissime. Basileae Calend. Septemb. Anno à nato Christo, M. D. L V I I.

Hermanni Pincieri in
Leges Salicas carmen.


VM tua Roma iacet facundia, nulla triumphi
Amplius auditur uox metuenda tui.
Imperij cecidit, lingua cessante, potestas
Et iura & leges conticuere simul
Dum repetis, Germane, tuas ab origine laudes
Non tibi gens armis æquiparanda uenit.
Arx docet & ciues grato, seruante Camillo
Vix soli, flammis urbe cadente, super
Eius, Quintili legiones redde, capillis
Auguste, euulsis, uox tua testis erit.
Quid memorem plures clades, quas inuida Roma
Præterijt scriptis, mota pudore, suis.
Arminij Tacitus ni scriptis facta dedisset
Quis uere Arminium belligerasse putet?
Sic quoque Germanos, quis credat Legibus usos
Olim, cum toties scripta Latina negent?
Ni, patriæ quo non uiuit studiosior alter
HEROLDVS uindex unicus esset ibi,
Ac tenebris Leges ueterumque statuta uirorum
Obruta longæuis, proderet ante diem.
I nunc, & nostræ spernas primordia Gentis:
Quod teneat laudis non monumenta suæ.
Roma tuæ laudes pereunt, Germania surgit,
Vanescit fucus, gloria pressa uiget.
Macte igitur uirtute tua, Germanica pubes,
Esto: nec à patribus degeneratо tuis.

Aliud eiusdem,

FLAVII ut erepto sunt indita nomina Iuri
Sic HEROLDANA hæc, IVRA uocare licet.

IN THESAVRVM
LEGVM PRISCÆ GERMANIÆ
FRANCICAE, Guilielmi Xylandri Augustani, ad Germanum Lectorem Schediasma.


On ita corporeo mens clausa in carcere torpet,
Nec spacio nostri sic circunscribitur æui,
Vt non præteriti res temporis, actaq; mundi
Secula post seros indaget & eruat annos,
Totius historiamq; ab origine colligat orbis:
Inde antiquarum uenit admiratio rerum,
Inde uetustatis studium laudabile sanctæ,
Hinc honor historijs, hinc Commentaria nostros
Prisca mouent animos, hinc & monumenta priorum
Quærere seclorum iuuat, & gaudere repertis,
Erutaq; ad dulcem transmittere posteritatem.
Quippe capax mundi mens est totius, & omnis
Temporis, & celeri perlustrat acumine cuncta:
At uerò propriæ mentis qui nesciat usum,
Ac modò se nato quæ sint, fuerintúe requirat,
Præteriti imprudens, nil sollicitusq; futuri,
Perpetuò puerum satis apto nomine dicas.
Iam cum multa minus spectacula dulcia nostris
Multiplici distincta modo ueneranda uetustas
Suggerat, innumeris, rerum diuersa figuris,
Non tamen ingenuas, magis ulla scientia mentes
Afficit, aut animo meditatio gratior ulla est,
Quàm patriæ laudes, ante quaque facta suorum
Noscere maiorum, & regni incrementa uidere.
A' quondámque ea transactis arcessere seclis:
Sic innatus amor patriæ, gentisq; uoluntas
Cum primis addicta suæ, sentire coëgit.
Quo dudum studio flagrans doctissimus HEROLD,
Quo uix priscarum quisquam uestigia rerum
Acrius, aut simili rimatur plura labore,
Nunc quoq; (ne nemorem quæ sunt prius edita ab illo
Scripta, Alemannorum ueterum sacrataq; honori,
Aut quæ pòst præclara penu de diuite promet.)
Hactenus obscura tectas caligine profert,
Queis usa est olim Germania Francica, leges:
Antè quidem, quàm pestiferi contagia luxus
Teuthonidos rigidam uitiarunt simplicitatem,
Et sceleratus amor fera pectora polluit auri,
Tempore quo lætis exultans patria rebus,
Iustitiaq; domi pollens, & robore Martis,
Militiaq; foris uictrici nostra uigebat,
Cum stabiliret opes multa uirtute superbas.
Quòd si maiorum clarissima facta tuorum,
Autorumq; tuæ cognoscere candide Lector

Gentis

Guilhelmi Xylandri carmen.

Gentis aues,tum quas Germania priſca per artes
Creuerit,& quanto tum maieſtatis honore
Floruerit: Veterum hæc te commentaria legum
Quod petis,ut certa efficias ratione docebunt.
Namꝗ ut progreſſus regni, & felicia noſtri
Incrementa queas, & honeſtos percipere auctus,
Quęrendum inprimis,qua tunc Reſpublica forma
Compoſita,& quo iure,quibus ſit legibus uſa.
Quæ ſimul ac menti rectè tibi cognita figes,
Non modò res geſtas,euentáue nuda uidebis
Ipſa,ſed inſpicies magnorum cauta uirorum
Conſilia,& cauſas,quę quenꝗ occaſio tantas
Ad res impulerit:qui motus,ſpesúe gerendas.
Si petis exemplum,docet hæc(nam cætera mitto)
Teſtis Pulybius,grauis ac fidiſsimus autor,
Qui, quam non multis tot regna ampliſsima luſtris
Totius imperio uictrix ſubiecerit orbis
Roma ſuo,monſtrans,nihil hoc antiquius uno
Eſſe ſibi duxit,quàm formam exponere totam,
Qua tunc res Romana ſtetit, cum fortibus armis,
Conſilioꝗ potens reliquas ſibi ſubdidit omnes.
Quinetiam mores hominum (quos quæꝗ ſubinde
Aduerſis uicibus uariat mutabilis ætas)
Inuenies noſtri quid diſtent moribus æui:
Hinc diuerſa licet componere ſæcula,quorum
Quod ſit deterius,magis aut laudabile,cernas.
Sed quid opus uerbis præconia quęrere?uino
Vendibili non eſt hederis opus:ipſa uetuſtas
Se tibi non ullo commendat ſplendida fuco.
Quod ſi ſunt priſcis quędam ſatis horrida uerbis,
Barbariemꝗ ſonant,qua terſę (nouimus) aures
Lęduntur:licet hanc priſcis impingere culpam
Temporibus,promptis potiusꝗ ad prælia Francis,
Quàm quibus eloquij Romani cura fuiſſet.
Tum quoꝗ Barbarie nimium pollente ſepulti.
At,quæ tam multos nunc obſoluére per annos,
Obſcurum aut reddunt corrupta uocabula ſenſum,
Hæc tibi cuncta ſuo noſter digniſsimus HEROLD
Nomine,pòſt paulò repetens interprete libro
Plana dabit.quem nunc induſtria peruigil eius
Molitur,multo ſcrutans monumenta labore
Illius ætatis, poſt quam nos ſecula ſeptem
Degeneris mundi trepidæ inſeruére ſenectæ.
Illi tu meritas docto pro munere grates
Semper ages,patriæ qui tàm ſtudioſus honoris
Theſaurum tenebris extractum turpibus iſtum
Edit,in optatam longo pòſt tempore lucem,
Reſtituitꝗ ſuo, miſerè modò ſenta nitori.

LEGVM IN HOC opere, per Titulos & Capita distinctarum INDEX.

Legis Salicæ.

De ea

Index.

Legis Allemannorũ.

noctte

Index

Legis Saxonum.

Legis Angliorum

Legis Frisionum.

Addito Sapientum.

Index.

Legis Burgundionum.

Legis Langobardorum.

Legum regis Gimoald.

Edicti Lutprand regis.

†† 2 De

Legum Regis Rachis.

Legum Astulphi Regis.

Legis Francicæ per Carolum Magnum, Lib. I.

Index.

Legis Francicae Lib. II.

Legis Francicae Liber. III.

Index

Legis Francicae Lib. IIII.

Capitula Legib. Francicis addita.

Legum Pipini Regis.

Legum Guidonis Regis.

Legum Othonis I. Imp.

Legum Henrici. II. Imp.

Legis Conradi. I. Imp.

Legis Caroli Quarti.

FINIS.

IN LEGEM quam Salicam uocant

Præfatio.



Gens Francorum inclyta, authore Deo cōdita, fortis in armis, firma pacis fœdere, profunda in consilio, corpore nobilis & incolumis, candore & forma egregia, audax, uelox & aspera, nuper ad Catholicam fidem conuersa, immunis ab hæresi. Dum adhuc † teneretur Barbarie, inspirãte Deo inquirens scientiæ clauem, iuxta morem suorum qualitatum desiderans iustitiam, custodiens pietatē, † dictauerūt Salicam legem proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autē electi de pluribus uiri quatuor, his nominibus VVISOGAST, † BODOGAST, SALOGAST & VVINDOGAST, in locis quibus nomē Salagheue, Bodogheue, & Vuindogheue. Qui per tres Mallos conuenientes, omnes causarum origines sollicitē discurrendo, tractantes de singulis, iuditium decreuerunt hoc modo. At ubi Deo fauente, Clodoueus Comatus & pulcher & inclytus rex Francorum primus, recepit Catholicum baptismum, quicquid minus in Pacto habebatur idoneum, per præcelsos reges Clodoueum, Childebertum & Hlotarium fuit lucidius emendatum & procuratum decretum hoc. Viuat qui Francos diligit Christus, eorum regnum custodiat, & rectores de lumine suæ gratię repleat, exercitum protegat, fidei monimenta tribuat, pacis gaudia & fœlicitatem, tempora dominantium dominus Christus Iesus † pietate conducat. Hæc est enim Gens, quæ fortis dum esset, & robore ualida, Romanorum iugum durissimum de suis ceruicibus excussit pugnando, atque post agnitionem Baptismi, sanctorum Martyrum corpora (quæ Romani igne cremauerunt, uel ferro trucidauerunt, truncauerunt, aut bestijs laceranda proiecerunt) sumptuosē auro & lapidibus prætiosis exornauit.

† ritu detineretur barbaro

† dictauit legem Salicam per proceres

† Arogast.

† propitiante pietate concedat.

De legum Inuentoribus ac earum ratione.



Moyses genti Hebrææ primum omnium diuinas leges sacris literis explicauit. Phoronæus Rex Græcis primus leges & iuditia constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Ægyptijs tradidit. Solon primus leges Atheniēsibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus Magistratus seditiosos ferre nō pos-

 set, De-

set Decem uiros legibus scribendis creauit, qui leges ex Solonis in Latinum sermonem translatas XII. tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi: App. Claudius Sabinus, T. L. Genutius, P. Sestius Vaticanus, T. Veturius Cicurinus, C. Iulius Tullus, A. Manilius, P. Sulpitius Camerinus, Sp. Posthumius Albus, P. Horatius Puluillus, T. Romilius Vaticanus. Hi decem uiri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libros primus Cons. Pompeius instituere uoluit, sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde Cæsar cœpit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim antiquæ leges, uetustate & incuria exoleuerunt, quarum etsi nullus iam usus est, notitia tamen necessaria uidetur. Leges nouæ à Constantino cœperunt Cæsare, & reliquis succedentibus, erantque permixtæ & inordinatæ. Postea Theodosius minor Augustus, ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani Codicem factum, cōstitutionum à Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quē à suo nomine Theodosianū uocauit. Deinde unaquæque Gens propriam sibi ex consuetudine elegit legem. Longa enim consuetudo pro lege habetur. Lex autem est, constitutio scripta. Mos est, uetustate probata consuetudo: siue lex non scripta, nam lex à legendo uocata, quia scripta est. Mos autem est consuetudo longa, de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur. Lex erit omne quod iam ratione constiterit, quod disciplinæ conueniet, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi usu est. Theodoricus Rex Francorum, cum esset Cathalaunis, elegit uiros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant, ipso autem dictante, iussit conscribere legem Francorum, Alamannorum & Baioariorum, & unicuique genti, quæ in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam, addiditque addenda, & improuisa & incomposita resecauit, & quæ erant secundum consuetudinem paganorum mutauit secundum legem Christianorum, & quicquid Theodoricus Rex propter uetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, post hæc Hildebertus rex inchoauit corrigere, sed Chlotharius rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus rex gloriosissimus per uiros illustres Claudio, Chadoin, Domagno & Agilloso renouauit, & omnia ueterum legum in melius transtulit, unicuique quoque genti scriptam tradidit. Factæ autem sunt leges, ut earum metu, humana coërceretur nequitia, tutaque sit inter improbos innocētia, & in ipsis improbis formido suppliciorum, & ut refrænentur nocendi facultates.

In Chri-

IN CHRISTI NOmine, incipit Pactus legis Salicæ.

HI AVTEM SVNT, QVI LEGEM SALIcam tractauerunt: *Vuisogast, Arogast, Salegast, Vuindogast, in Bodham, Salcham, & Vuidham.*

De Mannire. Tit. I.

Paragraph. I



SI quis ad mallum legibus dominicis † mannitus fuerit, & non uenerit, si eum [a] Sumis non detinuerit, solidorum quindecim culpabilis iudicetur, qui faciunt denarios sexingentos. † manit per simplex n.

II

Ille uerò qui alium mannit, & ipse nõ uenerit, si eum Sumis non detinuerit, ei qui manibit similiter DC. den. qui faciunt solidos XV. componat.

III

Ille autem qui alium mannit, cum testibus ad domũ illius ambulare debet, et sic eum mannire debet, aut uxorem illius, uel quemcunq; de familia illius, ut ei faciat notum, quomodo ab illo mannitus est, † nam si in dominica [b] Ambascia fuerit occupatus, manniri non potest. Si uerò intra pagum, in sua ratione fuerit, potest manniri, sicuti superius dictum est. † nã si in iussione regis

De furtis Porcorum. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis porcellum lactantem furauerit, de [a] rhanne prima, aut de mediana, † & ei fuerit adprobatum, Malberg [b] rhannechala lerechala, hoc est, [c] unum ahe lepte CXX. denarijs, qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † & inde fuerit conuictus

II

Si uerò in tertia rhanne † furauerit, malb. [d] rhanne chalteo, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † priserit

III

Si quis porcellum de [e] Sutenn furauerit & clauem habuerit, MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis porcellum † de intro porcos, ipso porcario † custodiẽte furauerit, mal. [f] soagne chalte in DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † in cãpo inter porcos. † adtendente

V

Si quis porcellũ furauerit, qui sine matre uiuere possit, malb. [g] ymnisfith siue [h] therteſun in XL. denar. qui faciunt solidum [i] unum culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura.

VI

Si quis [k] Scrouam † [l] subbapatit in furtum, malber. [m] uarachalt, in CCLX. denar. qui faciunt sol. VII. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † subbatit in furtũ, hoc est, porcellos à matre subtrahit

VII

Si quis Scrouam cũ porcellis furauerit, malb. [n] focichalta in DCC. den. qui faciunt sol. † XVII. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † xvij. & dimidiũ etbenè

VIII

† anniculatū † Zymisenga no solid. xv.

Si quis porcum † anniculum furauerit malb. † in a Zymis ethatia, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX

Si quis bimum porcum furauerit, malb. in o Zymissoagni. DC. den. qui faciūt solidos XV. excepto capitali & delatura.

X

Si quis tres porcos aut amplius furauerit, usq; ad sex capita, malb. in p Zymis exachalt, & cepto tua septunchunna denar. MCCCC. qui faciūt sol. XXXV. excepto capitale & delatura,

XI

† & de grege illo amplius nō fuerit.

Si quis uigintiquinque porcos furauerit, † ubi amplius in grege illo non fuerint. malb. q Sonischalt tua Zymis fit mihachunna MMD. den. qui faciunt soli. LXVII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XII

† si autem alii qui ex iisdem porcis super XV. porcos remanserint. & nō fuerint furati.

Si uerò quis uigintiquinq; porcos furauerit † & adhuc aliqui remanserunt, malb. texachalt, MCCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIII

Si uerò quinquaginta porcos furauerit, ubi amplius non habuerit, malb. sonischalt, MMD. den. qui faciunt soli. LXX. & dimidium, culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

XIIII

Si quis porçellum r tettusum, usq; ad annicolatum furauerit, malb. r dracechalt, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicet͞, excepto capitale & delatura.

XV

Post anniculatum uerò, qui eum furauerit, malb. dracechalt, DC. den. qui faciunt sol. XV. excepto capitale & delatura.

XVI

Si quis uerrem furauerit, malb. t christiao, DCC. den. qui faciunt sol. XVII. cum dimidio culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVII

Si quis scrouam u ducariam furauerit, mal. x chredunia, DCC. den. qui faciunt sol. XVII. & dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XVIII

Si quis y maialem sacrifum furauerit, & cum testibus quod sacrifus fuisset, potuisset ille qui perdidit approbare, malb. z barcoanomeo anitheotha DCC. dena. qui faciunt sol. XVII. cum dimidio culpabilis iudicet͞, excepto capitale & delatura.

XIX

Alium uerò maialem, qui sacrifus nō fuerit, si quis furauerit, a brarecho malb & in alia mente babene DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De furtis Animalium Tit. III

Paragraph. I

SI quis uitulum lactantem furauerit, malb. a pedero, aut b freodo CXX. denar. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II

Si quis anniculum animal furauerit, mal. c ochsaiora, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III

Si quis bimum animal furauerit, malb. d Zymis pedero malia MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis uaccam cum uitulo furauerit, malb. Zymis pedeto malia. MCCCC den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V

Si quis uaccam sine uitulo furauerit, malb.[e] mala, MCC. den. qui faciunt soli. XXX. culpabilis iudicetur, & excepto capitale & delatura.

VI

Si quis uaccam domitam furauerit, malb.[f] abazym pedero MCCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII

Si quis taurũ qui gregẽ regit, & nunq̃ uinctus fuit, furauerit, mal.[g] chereche tõ M.DCCC. den qui faciũt sol. XLV. culpabilis iudicet̃, excepto capitale & delatura.

VIII

Si quis bimum taurum furauerit, malb.[h] traslo. M.CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. excepto capitale & delatura.

IX

Si quis taurum furauerit, qui de tribus uillis communes uaccas tenuerit, hoc est, tres[i] bellio malb.[k] chami theuto, M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X

Si quis taurum regis furauerit malb. chamitheuo M.M.M.DC. den. qui faciunt solid. XC. excepto capitale & delatura.

XI

Si quis bouem furauerit, malb. ohseno M. CCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatuta.

XII

Si quis duodecim animalia furauerit, ut neq; unum exinde remaneat, malb. sonischalt. M.M.D. den. qui faciunt sol. XLV. cum dimidio. culpabilis iudicetur, exceptocapitale & delatura.

XIII

Si uerò de pluribus uigintiquinque furauerit, & adhuc aliqua remaneant, quę non fuerunt iuncta malb. sonischalt, M.M.D. qui faciunt soli. LXV. & dimidium excepto capitale & delatura.

XIIII

Si quis duodecim animalia furauerit, ut ex eis aliqua remaneãt, mal. M. CCCC den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De furtis Ouium Tit. IIII.

I

SI quis agnum lactantem furauerit, malb.[a] lem, VII. denariis culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II

Si quis anniculum uel bimum † ueruecem furauerit, malb. in[b] Zymis den. CXX. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † berbicem.

III

Certè, si tres aut amplius † uerueces fuerint, qui furati sunt, malb.[c] feissecho & fetischeso MCCCC. den. qui faciũt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † qui numerus usq; ad xl uerueces obseruetur.

IIII

Si † quis quinquaginta uerueces furauerit, aut amplius, malb.[d] sonischalt M.M.D. den. qui faciunt sol. LXV cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † aut lx.

De furtis Caprarum. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis caprã unam, duas, uel tres furauerit, malb.† [a] lamp. CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† afres siue lãphebros, uel pestis.

II

Si uerò super tres capras furauerit malb. [b] chrenecruda DC. den. qui faciũt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De furtis Canum. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis canem † [a] segusium magistro suo furauerit, malb. † [b] Leo dasdi. DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† seusiũ mell us seugium. † troci uul-thier cunui MDccc. den. qui faciunt solidos XLV.

II

Si quis segusium magistrũ canẽ furauerit, malb. [c] Trouuidouuano tuene chunne M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III

Si quis canem † [d] qui ligamen nouerit, post solis occasum occiderit, malb. † [e] theophano DC. den. qui faciunt sol. XV. componat, excepto capitale & delatura.

† reppophano

IIII

Si uerò [f] agutaritò furauerit, malb. [g] chunnouano malb. DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V

Si quis pastoralem canem occiderit, aut furauerit, malb. † [h] leosdasdi siue theoprano, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† leodardi.

De furtis Auium. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis accipitrem furauerit de arbore, malb. [a] ortfocla CXX. den. qui faciũt solidos III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II

Si quis de pertica accipitrem furauerit. malb. [b] uueiano siue † ortfocla DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† malb. uuelape urthefucla uueiano authedio.

III

Si quis accipitrem deintro clauem repositum furauerit, malb. ortfocla, siue uueiano pandete M.DCCC. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis [c] sparuarium furauerit malb. [d] fucelin CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V

Si quis gallum furauerit malb. [e] chanasuuido CXX. denarijs, qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI

Si quis anserem aut anatam domesticã furauerit, malb. [f] sundleno CCXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII

Si quis gallinam furauerit, malb. [g] solampinam CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

Si quis gruem aut cygnum furauerit domesticum, malb. ortfocla CXX. den.

den.qui faciunt ſolid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII

† Si quis turturem de trappa furauerit malb. h acfalla DC. den.qui faciunt ſolid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† Si quis turturem de rete aliena furauerit, aut qualibet auiculã de quolibet laqueo uel decipula furatus fuerit CXX den. qui faciunt ſol. iij.

De furtis arborum Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis uerò pomarium domeſticũ aut perarſum deintus curte † aut, latus curte furauerit aut capulauerit, CXX.den.qui faciunt ſol. III. culpabilis iudicetur.

† pomarium ſiue quamlibet arborem.

† aut extra clauſuram.

II

Si uerò pomarium aut quamlibet arborem domeſticam exciderit, aut furatus fuerit, in horto ſimiliter DC. denarijs culpabilis iudicetur, qui faciunt ſolid. XV.

III

Hanc quoq; legem & de uitibus furatis obſeruare iuſsimus.

IIII

Si quis in ſylua alterius † c materiamen furatus fuerit, aut incenderit, uel d concapulauerit, aut ligna alterius furauerit, DC. den. culpabilis iudicetur, qui faciunt, ſolid. XV. excepto capitale & delatura.

† materiam.

De furtis Apium Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis † apem de intro clauem furauerit, & tectum deſuper habuerit, malb. a antidio olethardis M.DCCC. denarijs qui faciunt ſolid. XLV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

† unum uas apium de intro claue aut ſub tecto.

II

Si quis unam apem, hoc eſt, uno uaſcello, furauerit de ſubtecto & ſub claue, ubi amplius non fuerint. M. DCCC. denarijs culpabilis iudicetur, qui faciunt ſol. XLV. excepto capitale & delatura.

III

Si uerò ſeptem aut amplius furauerit, & aliqui remaneant & retro clauem fuerint malb. b texara antidio ale thardis. M. DCCC. denarijs, qui faciunt ſol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis unũ uas cum apibus inter alia uaſa ſub tecto aut ſub claue furauerit c cauſſam ſuperius comprehenſam conuenit obſeruare. excepto capitale & delatura.

V

Si uerò unum uas cum apibus foris tecto, ubi amplius non fuerit, furauerit cauſſam ſuperius comprehenſam componat, excepto capitale & delatura.

VI

Si quis ex plurimis uſq; ad ſex uaſa foris tecto furauerit DC. den. qui faciunt ſolid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII

Si autem ſeptem aut amplius furauerit, ita ut nulla remaneant, M.DCCC. den qui faciunt ſol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

Si damnum in meſſe, uel in qualibet clauſura illatum fuerit. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis animal, aut caballum, uel quodlibet pecus in meſſe ſua inuenerit, peni-

† penitus id le dere. † locum † ipse uero debile quod percussit † inde fuerit conuictus † in furto. at male.

† tus eum uastare non debet, quod si fecerit & confessus fuerit, capitale † lo. co restituat, † ipse. uero debilem ad se recipiat. Si uerò confessus non fuerit † & ei fuerit ad probatum, malb. leodardi DC. denar. qui faciunt solid. XV. excepto capitale delatura.

II

Si quis uerò animal, caballum, uel iumentum † in furtum pinxerit, malb.[b] stalacha DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura.

III

Si quis in messe sua pecora aliena inuenerit quæ pastorem non habeant, & ea incluserit ut nulli penitus innotescat, & aliqua ex ipsis pecoribus perierint, malb. texaca MCCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

† & hoc domino eius cõfessus fuerit * & illud debile ad se recolliget. † & ei fuerit ad probatum

Si quis animal, aut quodlibet pecus, per suam negligentiam [c] nocuerit † & confessus fuerit, capitale in loco restituat * Si uerò negauerit † sed tamen uictus fuerit, malb. leodardi DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

V

Si alicuius porci, aut quodlibet pecus, pastore illud custodiente in messem alienam cucurrerit, & ipso negante si ei fuerit adprobatum malb. leodardi siue [d] ande sitto, ipso negante si adprobatum fuerit. DC. den. faciunt so. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI

Si cuius pecora de damno, cum alios labores uastantur, aut includantur, aut in domum minantur, & ea quiuis expellere aut excurere præsumpserit malb. schoto DC. den. qui faciunt solidos XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII

Si uerò pecora de damno inclausa fuerint, ille cuius pecora sunt æstimatum reddat, insuper. X. denar. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII

† aperuerit * Vel in uineam

Si quis autem per inimicitiam, aut per superbiam sepem alienam † ruperit, & in messem aut in pratum, * uel in quemlibet laborem pecora miserit, ille cuius est labor, testibus eum conuincat, ei reputetur damnum & æstimatum reddet malb. leodardi MCC. denar. qui faciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De seruis mancipijs furatis Tit. XI.

I

Si quis seruus aut ancilla caballum aut iumentum alterius furauerit, malb. [a] theu tha texaca MCCCC. denar. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur. excepto capitale & delatura.

II

Si quis seruum alienum furauerit, aut occiderit, aut uendiderit, aut [b] ingenuum dimiserit, & ei fuerit ad probatum, malb. theu texaca M. CCCC. den. qui faciunt solid, XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. De ancilla uerò solidos..XXX.

III

Si quis seruus aut ancilla, cum homine ingenuo, de rebus domini, sui aliquid deportauerit. malb. leudardi DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis homo ingenuus in texaca secum duxerit aut aliquid cum eo negotiauerit

tiauerit malb.theu lasina DC.denar. qui faciunt solidos .XV. culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura.

V

Si quis seruum† puledrum furauerit malb. d usu dredo M.DCCC.denar.qui faciunt sol. XLV.culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura. †puerum uel puellam de ministerio dominorum

VI

Si quis e maiorem, infestorem, scantionem, mariscalcum, stratorem, fabrum ferrarium, aurificem, siue carpentarium, uinitorem, uel porcariū, uel ministerialem furauerit, aut occiderit, uel uendiderit ualentem solidos XXV malb.theuca texara M.CCCC.den.q faciunt sol.culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VII

Si uerò f maiorissam aut ancillam ministerialem ualente m sol.XXV. superiorem causam conuenit obseruare

VIII

In alio Pacto dicit, de ipsis malb. g thenca texaca h is mala texaca, i amba texaca, k amba othonia, pręcia hęc sol.in summa LXXXV.qui faciunt denar.MMMCC.culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De furtis Ingenuorum uel effracturis. Tit. XII

Paragraph. I

SI quis uerò ingenuus de foris, casa† quod ualent duo denarij furauerit malb. leudardi DC.den.qui faciunt solid.XV.culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura †quod ualet duas denarios.

II

Si quis uerò de foris casa q̃d ualet den.XL. furauerit malb.rexaca † M.CCCC. denar.qui faciunt solid. XXXV.culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. †M.CC.den. qui faciunt sol.XXX.

III

Si uerò ingenuus de intus casa furauerit aut fregerit quod ualent duo den. malb.antidio M.DCCC.qui faciunt sol. XLV.culpabilis iudicetur. excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis uerò * supra quinq; denarios furauerit de intro clauem MCCCC.den. qui faciunt sol.XXXV. culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura. * quinq; ...

V

Si uerò ingenuus clauem effregerit aut adulterauerit, & sic domum ingressus fuerit, & per furtum aliquid a tulerit malb.antidio M.DCCC. den.qui faciunt sol.XLV.culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI

Si uerò effregerit & nihil tulerit, & fugiens euadit, propter effracturam tantum, MCC.denar.qui faciunt sol.XXX.culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura

De furtis Seruorum uel effracturis Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis seruus foris casa quod ualent duo denarij, furauerit, et ei fuerit adprobatū, aut centum† uiginti ictus accipiat, aut † CXX.den. qui faciunt solid.III culpabilis iudicetur.excepto capitale & delatura. †flagellis centum †pro dorso suo

II

Si uero furauerit quod ualent XL.denarij, aut castretur, aut CCXL.den.qui faciunt sol.VI.reddat. dominus uerò serui eius qui furtum fecerit, capitale & delaturam in loco restituat.

III

Quicunq; alienam domum uiolenter † disturbauerit, & domus si pro firmamento †destruxerit

mento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit MDCCC. denarijs[*] culpabilis iudicetur. Et si de ipsa domo proinde cũ carro aliquid trahere pręsumpserit, excepto superiore numero MCC. denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De Ingenuis hominibus, qui mulieres ingenuas rapiunt. Tit. XIIII.

Paragraph. I

* Vnusquisq; eorum.

SI[a] qui tres homines, ingenuam puellam de casa, aut de [b] screons rapuerint, * malb. [c] authumia MCC. den. qui faciũt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

II

† Illi alij qui super tres fuerint unusquisque eorum

† Illi uerò qui super tres fuerint CC. den. qui faciunt sol. V. culpabilis iudicentur, excepto capitale & delatura.

III

* Qui cum sagittis fuerint, unusquisque illorum CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Raptor uerò MMD. den. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura

V

Si uerò puella quæ trahitur[d] in uerbo Regis fuerit, propter [e] fredũ MMD. den. qui faciunt sol. LXII. & dimidiũ cogatur persoluere, excepto capitale & delatura.

VI

Si quis [f] puer regis, uel [g] lidus, ingenuam fœminã traxerit. de uita cõponat.

VII

Si uero ingenua fœmina, aliquemcunque de illis, sua uoluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII

† Sponsatam alienam

Si quis † puellam sponsatam tulerit, & sibi in coniugium sociauerit, malb. ana stheo MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

IX

† Sponso autem eius DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

X

† Quę druche ducitur ad maritum in uia

Si quis puellam † sponsatam [h] druche ducente ad maritum, & eam in uia aliquis [i] adsallierit, & cum ipsa uiolenter mœchatus fuerit malb. [k] changichaldo VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

XI

† Priserit copulauerit alijs
† Ouemo.
† Cũ ipsa in seruitio pmaneat. implicetur aliàs.

Si quis ingenuus ancillam alienam sibi in coniugium † sociauerit malb. † honomo ipse cum ea in seruitium † inclinetur

XII

* Si quis sororem, aut fratris filiam, aut certè alterius gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut auunculi sceleratis nuptijs sibi iunxerit, huic pœnę subiaceat, ut à tali consortio separetur, atq; etiam si filios habuerint, non habeantur legittimi hæredes, sed infamia sint notati

XIII

Si quis ingenuam fœminam aut puellã, contubernio facto, seu in itinere, aut quolibet loco adsalierit, & uim illi inferre præsumpserit, tam unus quàm pluri mi, qui in ipsa uiolentia fuerint admixti, CC. solid. unusquisq; ipsorum culpabilis iudicetur Et si adhuc de illo cõtubernio remanserint, qui scelus istud nõ admisisse noscuntur, & tamen ibidem fuerint, si plures aut minori numero quàm tres fuerint, eorum quilibet pro ipsis XLV. sol. culpabilis iudicetur

De eo

De eo qui Uxorem tulerit alienam, uiuo marito Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis uxorem alienam uiuo marito tulerit, malb.[a] abtica: et in alia mente, arbatheus en lanthamo VIIIM. den. qui faciunt sol. cc. culpabilis iudicetur.

II

Si quis cum puella per uirtutem mœchatus fuerit, malb.[b] theurora MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III

Si quis cum ingenua puella & spontanea uoluntate amborum partium coiuerit, & in occulto mœchatus fuerit, malb.[c] frio lasia MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

IIII

* Si quis[d] lidam alienam in coniugium sociauerit, M. CC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

De Superuentis uel Expoliationibus Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quis hominem ingenuum † superuentum expoliauerit, malb.[a] mosedo MM. D. den. qui faciunt sol. LXXX cum dimidio culpabilis iudicetur. † in superuentu

II

Si uerò Romanus, [b] Barbarus, Salecum Francum expoliauerit, caussam superius comprehensam conuenit obseruare.

III

Si uerò Francus Romanum expoliauerit, malb. mosedo MCC. den. qui faciũt solid. xxx. culpabilis iudicetur.

IIII

Si[c] quis hominẽ qui alicubi migrare disponit, & dirigere habet præceptũ Regis, & si aliunde ierit in mallũ publicũ, & aliquis extra ordinationẽ Regis restare eum facit, aut adsalire prẽsumpserit, malb.[d] alacfacis uia lacina VIIIM. den. qui faciunt solid. cc. culpabilis iudicetur.

V

* Si quis hominem mortuum anteq̃ in terram mittatur in furtum expoliauerit, malb.[e] chreomosdo MDCCC. den. qui faciunr sol. XLV. & in alia sententia MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

VI

Si quis hominem mortuum exfodierit & expoliauerit, malb.[f] thurni chalt. IIIIM. den. qui faciunt solid. c. culpabilis iudicetur.

VII

* Et postea parentes defuncti, iudicem rogare debẽt, ut inter homines non habitet author sceleris, & qui ei hospitium dederit, anteq̃ parentibus satisfaciat, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

VIII

* Si quis mortuum hominem aut in † [g] offo aut in petra, quæ uasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, MMD. den. qui faciunt solid. LXII. & dimidium, culpabilis iudicetur. † uase

IX

* Si quis[h] aristatonem super hominem mortuum capulauerit, de unoquoq; DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

X

Si quis * hominem dormientem expoliauerit malb. Chreo mosdo IIIIM. den. qui faciunt solid. c. culpabilis iudicetur. * ingenuũ homini furtu.

De eo

De eo qui Villam alienam adsalierit Tit. XVIII

Paragraph. I

*et omnes qui cõuicti fuerint quod in eius cõtubernio fu issent MMD. den. qui faciũt sol. LXII. cũ dimidio culpa bilis unusquisque eorũ iudicetur.

* uel superuenti

SI quis uillam alienam adsallierit * malb. [a] alac falthio MCC. den. qui faciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur.

II

Si quis uillam adsalierit alienam, & ibidem ostia fregerit, canes occiserit, aut hominem plagauerit, uel in carro aliquid exinde [b] duxerit, malb. [c] turpha falchio VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

III

Et quicquid inde abstulit, in locum restituat, & quicunque in eius cõtubernio fuisse * conuicti fuerint, unusquisque eorum MMD. denar. qui faciunt solid. LXII. & dimidium culpabilis iudicetur.

De Incendijs. Tit. XIX.

Paragraph. I

† faie

SI quis casam quamlibet, intus dormientibus hominibus incenderit, ei cuius casa † est, malb. [a] andebau MMDC. den. qui faciunt solid. LXII. & dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. Illi uerò qui exinde euaserint, unusquisque ex ipsis eum mallare debent, per Malberg seu, [b] landeueuas, & IIIIM. denar. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur unicuique eorum.

II

* Et quicquid ibi perdiderint in locum restituatur.

III

Si aliqui ibidem remanserint malb. leudi IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culpabilis iudicetur.

IIII

* Et ille qui incendium misit, parentibus uniuscuiusque defuncti VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

V

Secundum legem Salicam, hoc conuenit obseruare, ut quicunque domum alienam arserit, & is res quas liberauerit, non habuerit ubi reponat.

VI

Si in mallũ uocatus fuerit, & is qui uocatus est non uenit, si eũ aut infirmitas aut ambascia Dominica detinuerit, uel forte aliquẽ de proximis mortuum intra domum suam habuerit, per istas Sumis sc poterit homo excusare, aliàs de uita componat, aut CC. sol. culpabilis iudicetur.

VII

Si quis spicarium aut machalum cum annona incenderit, malb. [c] saldeban MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

VIII

Si quis [d] sudenn cum porcis, [e] scuriam cum animalibus uel fœnile incenderit, malb. saldeba leosdeba MMD. denar. qui faciunt solidos LXII. & dimidium culpabilis iudicetur.

IX

* Et si aliquid non remanserit ibidem, malb. leudi VIIIM. denar. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur excepto capitale & delatura.

X

Si quis [f] cuncida alienam capulauerit, malb. bila DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

De

XI

Si quis uerò cuncida uel ſepe incenderit malb. † bica Dc.den. qui faciunt ſo- † bicha biggeo
lidos XV. culpabilis iudicetur.

De Vulneribus. Tit. XX.

Paragraph. I

SI quis alterum uoluerit occidere & [a] colpus præterſallierit malb. ſeu landoue-
uas MMD. den. qui faciunt ſol. LXII. & dimidium culpabilis iudicetur.

II

Si quis alterum de ſagitta toxicata percutere uoluerit, ſimiliter malb. & cauſ-
ſam ſuperius conuenit obſeruare.

III

Si quis hominem * plagauerit, & ſanguis ad terram cadit, & ei fuerit adpro- * in capite
batũ malb. * [b] charfrido DC. den. qui faciũt ſol. XV. culpabilis iudicetur. * leodardi

IIII

Si quis hominem in capite plagauerit, † & exinde oſſa exierint, malb. char- † ut inde tria
frido MCC. den. qui faciunt ſolid. XXX. culpabilis iudicetur. oſſa

V

* Si quis hominem ita plagauerit ut cerebrum appareat & tria oſſa deſuper
cerebro exierint malb. [c] audc afenus MDCCC. denar. qui faciunt ſolid. XLV. culpa-
bilis iudicetur.

VI

Si uerò intra coſtas aut in uentrem, ita ut uulnus ad interanea peruenerit, &
ſemper currat † & non ſanat, malb. [d] frioblitto MMD. denar. qui faciunt ſolid. LXII. † ad ſanitatẽ nõ peruenerit
cum dimidio, excepta medicatura pro qua ſolidos VIIII. componat, qui faciunt
denar. CCCLX.

VII

Si quis ingenuus ingenuum cum fuſte percuſſerit & ſanguis tamen non
exierit, uſq; ad tres colpos, malb. [e] uuadfaltho CCCLX. den. qui faciunt ſolid. VIIII
culpabilis iudicetẽ, id eſt, per unũquemq; ictũ ſemper ternos ſolid. ſoluat.

VIII

Si uerò ſanguis exierit, taliter culpam componat, quantum ſi eundẽ ferra-
mento uulneraſſet, hoc eſt. DC. den. qui faciunt ſolid. XV.

IX

Si quis alius, † clauſo pollice ter alium percuſſerit, malb. uuadefaltho CCC. † clauſa manu. i. pugno.
LX. den. qui faciunt ſol. VIIII. culpabilis iudicetur * ut pro unoquoq; ictu ternos
ſolidos componat.

X

Si quis alterũ in uia † adſallierit & eundem [f] raubauerit, malb. [g] chaeroeno † ceperit
MCC. den. qui faciunt ſolid. XXX. culpabilis iudicetur.

XI

* Si quis alterum in uia adſallierit & expoliare tentauerit, & ille fuga euaſerit
malb. moſdo MCC. den. qui faciunt ſolid. XXX. culpabilis iudicetur.

De eo qui hominem Innocentem apud Regem accuſauerit. Tit. XXI.

Paragraph. I

SI quis hominem innocentem, abſentem apud Regem accuſauerit, malb. ſeu lã-
doueuas MMD. den. qui faciunt ſol. LXII. cũ dimidio, culpabilis iudicetur.

II

* Si uerò tale crimen ei imputauerit, unde mori debuiſſet ſi uerum fuiſſet, il-
le qui eum accuſauerit VIIIM. den. qui faciunt ſol. CC. culpabilis iudicetur.

De Maleficis. Tit. XXII.

Paragraph. I

SI quis alteri herbas dederit bibere ut moriatur malb. [a] affectu leudi VIIIM.den. qui faciunt ſol.CC.culpabilis iudicetur. Et ſi is cui maleficium fecerit, euaſerit, malb. [b] tho vueſpho ac faltho MMD.den.qui faciunt ſolid.LXII.cum dimidio culpabilis iudicetur.

II

Si quę mulier, alteri mulieri maleficium fecerit, ut infantem habere non poſſit, MMD.denar.qui faciunt ſol.LXII.cum dimidio culpabilis iudicetur.

III

† euaſerit * Si uerò quis quod alius dedit ueneficiũ biberit † & mortuus non fuerit, mal. tho vueſfo ac faltho, MMD.den.qui faciut ſol.LXII. cũ dimidio culpabilis iudicetur.

IIII

Si quis alteri aliquod maleficiũ ſuperiactauerit, ſiue cum [c] ligaturis in aliquo loco miſerit, MMD.den.qui faciunt ſol. LXII.& dimidium, culpabilis iudicetur.

De Manu mulierum non ſtringenda. Tit. XXIII.

Paragraph. I

† caſtrinxerit SI homo ingenuus fœminæ ingenuæ digitum aut manum † inſtrinxerit, malb. ſchamni, DC.den. qui faciunt ſol.XV.culpabilis iudicetur.

II

Et ei ſi brachium deſtrinxerit, malb.chamnum MCC.denar. qui faciunt ſolid. XXX. culpabilis iudicetur.

III

† miſerit. Certè ſi ſuper cubitum manum † ſtrinxerit, malb. [a] chamnin mane charde MCCCC. qui faciunt ſol. XXXV.culpabilis iudicetur.

IIII

† ſtrinxerit Si quis mulieri mammillam † capulauerit, malb. ibidem [b] bruche MCCC.den. qui faciunt ſolid.XLV.culpabilis iudicetur.

De Nauibus furatis. Tit. XXIIII.

Paragraph. I

† ſine permiſſu † & SI quis † extra conſilium domini ſui, nauem alienam mouere præſumpſerit † aut cum ea flumen tranſicrit, malb. [a] flemcre CXX. den. qui faciunt ſol. III. culpabilis iudicetur.

II

Si quis ipſam nauem furauerit, malb. flemere DC. den. qui faciunt ſolid. XV. culpabilis iudicetur.

III

† nauem vel aſcum Si quis † aſcum deintro clauem furauerit, malb. [b] cham zy aſco MDCCC.den. qui faciunt ſolid. XLV.culpabilis iudicetur.

IIII

Si quis aſcum de intro clauẽ repoſitum, & in ſuſpenſo pro ſtudio poſitũ furauerit, malb.cham zy aſco MDCCC.den.qui faciunt ſolid.XLV.culpabilis iudicetur.

De Furtis in [a] molino commiſsis Tit. XXV.

Paragraph. I

SI quis ingenuus, annonã alienam in molino furauerit, malb. [b] authedio, id eſt, cui molinus eſt ipſius molinario DC. den. qui faciunt ſol.XV. culpabilis iudicetur. Ei uerò cuius annona fuiſſe probatur, alios XV. ſolidos ſimiliter ſoluat, excepto capitale & delatura.

II

Si quis [c] ſcluſam de farinario alieno ruperit, malb. [d] urbis uia lacina DC.denar. qui faciunt ſolid.XV.culpabilis iudicetur.

Si quis

III

Si quis [c] ferramentum de molino alieno furauerit, malb. authedio M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

De Caballo ascenso. Tit. XXVI

Paragraph. I

Si quis [a] caballum, † extra consilium domini sui ascenderit, & eum caballauerit malb. leudardi. & in alia mente Burgo sitto, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, & pro eo quia ascenderit, quado descendet similiter alios XV. sol. soluat. † sine permissu

De furtis diuersis. Tit. XXVII

Paragraph. I

Si quis [a] tintinnum de [b] porcina aliena furauerit, malb. aurappo, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II

Si quis uerò pedicam de caballo furauerit, & ei fuerit adprobatum, malb. leudardi, CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

III

Si uerò ipsi caballi perierint, capitale in locum restituat.

IIII

Si quis tintinnum de pecoribus furauerit, malb. leudardi, CXX. dena. qui faciunt, solid. III. culpabilis iudicetur.

V

Si quis messe aliena in furtum metere præsumpserit, aut [b] repascere inuentus fuerit ibidem, malb. leudardi, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. † si quis messem alienam inpauerit aut metlerit.

VI

Si quis in hortum alienũ ad furtũ ingressus fuerit, aut in [c] napinam uel in fabariam, in pisariam, in lenticulariam malb. leudardi, DC. den. qui faciũt soli. XV. culpabilis iudicetur.

VII

Si quis † aliquid de cãpo alieno furauerit, & hoc exinde in carro aut per caballũ duxerit malb. leudardi M.DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicet. † in campo alieno lino.

VIII

Si uerò tantum priserit, quantum in dorso suo portare ualuerit, malb. leudardi, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

IX

Si quis pratum alienum secauerit, † operam suam perdat, & insuper sol. XV. culpabilis iudicetur, & si ipsum fœnum in carro [d] carrauerit, & ad domum suam † adduxerit malb. leudardi, M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura. † laborem. † discarrauerit.

X

Si uerò tantum priserit, quantum in dorso suo portare potuerit, malb. leudardi, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XI

Si quis uineam alienam in furtum uindemiauerit, malb. leudardi, DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. & si ipse uinum in carro carrauerit, & ad domum suam duxerit, & discarrauerit, malb. leudardi, M.DCCC. den. qui faciũt solid. XLV. culpabilis iudicetur. de messe uerò similiter conuenit obseruare.

XII

Si quis in sylua materiam, aut ligna furauerit, aut incenderit, uel capulauerit malb. leudardi, DC. den. qui faciunt, solid. XV. culpabilis iudicetur.

XIII

Si † quis rete † ad anguillas de flumine inuolauerit. malb. ob dopus, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. † ad anguillas capiendas

XIIII

† tremaclum — Si quis [e] statuam aut † [f] tremagolum, uel [g] uertebolum de flumine furauerit, malb. [h] nasthus, texacha, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XV

Si quis screona [i] qui clauem habet infregerit, malb. nasche [k] streonas anthedi MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

XVI

Si quis screona sine claue fregerit, malb. [l] obdon, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XVII

Si uerò de screona clauem fregerit, & nihil exinde tulerit, malb. leudardi, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, pro sola effractura.

XVIII

Si quis campum alienum arauerit, & non seminauerit, malb. leudardi, DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XIX

Si quis in campo alieno arauerit, & seminauerit, malb. ob reppus M.CC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

XX

† aratrum in campum alienum intrare per habuerit, uel arantẽ so rauastauerit † tulerit. — Si quis uerò † de campo alieno aratrum [m] anteortauerit, aut iactauerit, malb. anh unerbo DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XXI

* Si quis in [n] potus de pomario, aut de † pirario diruperit, malb. leudardi CXX. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

XXII

* Si nin horto fuerit, malb. ortopodun DC. dẽ. qui faciũt sol. XV. culpab. iudicetur.

XXIII

* Si quis [o] melarium aut pirarium decorticauerit, malb. leudardi CXX. denarijs qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur.

XXIIII

* Si uerò in horto fuerit [p] malb. ortobaum DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XXV

† Si quis cultellũ alienũ furauerit DC. den. qui faciũt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XXVI

* Si quis clausurã alienam ruperit DC. den. qui faciũt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XXVII

* Si quis materiam de una parte dolatam furauerit, malb. leudardi CXX. denarijs, qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXVIII

† Si quis in sylua postem signauerit & non capulauerit si uero post annũ. — * Si quis † arborem post annum quàm fuerit signata priserit, nullam exinde habeat culpam, si quis infra annum eam capulauerit CXX, den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XIX

* Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit MCC. den. qui faciunt soli. XX. culpabilis iudicetur.

XXX

* Si quis mulieri [q] brachiale furauerit, malb. [r] subtho CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXXI

† domini sui. — * Si quis per casam alienam siue permissu, † possessoris [f] traxerit, malb. ala chescido M.CC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

De ho

De Homicidijs paruulorum. Tit. XXVIII

Paragraph. I

SI quis puerum infra duodecim annorū † non tonſoratū occiſerit, malb. a aſcha ra leudardi XXIIII.M.den. qui faciunt ſolid.dc. culpabilis iudicetur.

† crinitum ſiue non crinitum.

II

Si uerò puerū crinitū ſine conſilio aut uoluntate parentū totonderit, malb. b ſchuiſara chrogino MM. D.den. qui faciūt ſol.LXII.& dimidium, culpabilis iudicet

III

Si uerò puellam ſimiliter ſine patris aut matris uoluntate totonderit † c theoctidia M.DCCC.den. arqui faciunt ſolid.XLV. culpabilis iudicetur.

† unerdardā & thecohecta.

IIII

Si quis fœminam ingenuam grauidam d trabattit, & ipſa fœmina fuerit mortua, malb. e anuano leudinia XXVIIIM.den. qui faciūt ſol.DCC. culpabilis iudicetur.

V

Si quis uerò infantem in uētre matris ſuæ * occiderit, malb. f anouuado VIIIM. den. qui faciunt ſol.cc.

* aut ante quā habeat nomē aut natum inter nouem noctes.

VI

Si quis puer infra duodecim annorum aliquam culpam commiſerit, fredus ei non requiratur.

VII

Si quis fœminam ingenuam, poſtquam infantes habere non poteſt occiderit, malb. leodinia VIIIM.denar. qui faciūt ſol. cc. culpabilis iudicetur.

VIII

Si quis fœminam ingenuam, poſtquam cęperit infantes habere, occiderit, malb. leodinia XXIIIIM.den. qui faciunt ſolid.DC. culpabilis iudicetur.

IX

Si quis puellam ingenuam † occiderit, malb. ex mala leudi VIIIM.den. qui faciunt ſol.cc. culpabilis iudicetur.

† infra annos quam infantes habere poſſit.

De Adulterijs ancillarum. Tit. XXIX.

Paragraph. I

SI quis ingenuus cum ancilla aliena męchatus fuerit, malb. † a anſlaſina DC. den. qui faciunt ſolid.XV. culpabilis iudicetur.

† theolaſina uuirtico.

II

Si uerò cum ancilla regia męchatus fuerit malb. theulaſina M. cc .den. qui faciunt ſolid.xxx. culpabilis iudicetur.

III

Si uerò ſeruus cū ancilla mœchatus fuerit, CXX.den. qui faciūt ſol.III. cōponat

IIII

Si ſeruus ancillam alienam extra uoluntatem domini ſui ad coniugium ſociauerit, malb. b authanio CXX. den. qui faciunt ſol.I. culpabilis iudicetur.

V

* Si quis Francus alienā ancillā ſibi publicè iūxerit, ipſe cū ea in ſeruitute permaneat.

VI

* Si ſeruus cum ancilla mœchatus fuerit et de ipſo crimine ancilla mortua fuerit, ſeruus ipſe aut caſtretur, aut CCXL.den. qui faciūt ſol.VI. culpabilis iudicet, dominus uerò ſerui capitale in locum reſtituat. Si autem ancilla propter hoc nō fuerit mortua, ſeruus ipſe aut CXX. ictus accipiat, aut CXX.den. qui faciunt ſol. III. domino ancillæ cogatur perſoluere

De Libertis dimiſsis. Tit. XXX.

Paragraph. I

SI quis lidū alienū * extra a cōſilium domini ſui ante Regem b per denarium ingenuum dimiſerit, malb. c maltho theato meolito IIIM. den. qui faciūt ſol. C. culpabilis iudicetur, & capitale domino ipſius reſtituat.

* qui apud dominum ſuum a in hoſte fuerit.

II

† restituantur. * Res uerò ipsius lidi legittimo domino * restituantur.

III

Si quis seruũ alienũ ante Regẽ per denariũ ingenuũ dimiserit, malb. maltho theatha meotheos M.CCCC.den. qui faciunt sol.XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale, quod domino restituat, res uerò ipsius serui proprius dominus recipiat.

De Elocationibus. Tit. XXXI

Paragraph. I

† locare.

SI quis in furtum aliquem locare uoluerit, ut hominem interficiat † & inde prętium accipiat, malb. auuena III.M.denar. qui faciunt sol.C. culpabilis iudicetur.

II

* Si quis in furtum aliquem elocare uoluerit ut hominem intercipiat & præcium ab hoc acceperit, & non fecerit cui fuerit adprobatum, malb. b seu lando efa MMD. den. qui faciunt solid. LXII. & dimid. culpabilis iudicetur.

III

* Similiter & ille qui prætium occepit ut hominẽ accideret MMD. den. qui faciunt, solid. LXII. & dimidium culpabilis iudicetur.

IIII

* Si quis in furtũ elocatũ, acceptũ prætium, hominẽ occidere uoluerit, & nõ fecerit, mal. seu lando efa MMD. den. qui faciũt sol. LXII. cũ dimid. culpabilis iudicetũ

V

* Si uerò per tertium locatio ipsa fuerit transmissa MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimid. culpab. iudicetũ, unusquisque illorũ, scilicet dans, accipiẽs & portans.

De Debilitatibus. Tit. XXXII

Paragraph. I

† Si quis alteri manum aut pedẽ trũcauerit, uel oculum effoderit, aut aurẽ uel nasum amputauerit IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culpab. iudicetur. Si uerò man† ipsa ibidẽ pependerit malb. chaminis M.DCCC. qui faciunt sol XLV. culpabilis iudicetur. si manus ipsa percussa fuerit malb. fochte MMD. denar qui faciũt solid LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

SI quis alterum manu aut pede capolauerit de manu capolata, unde homo mãcus est, & ipsa manus super eum pendit, malb. a fichte MMD. den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

II

Si uerò ipsa manus super excussa fuerit, malb. chamin IIIIM. denar. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

III

Si quis pollicẽ de manu uel pede excusserit, malb. b alachtã M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetũ, si uerò ipse pollex, in ipsa manu mancatus pependerit, malb. c alachtamo chaminis MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpab. iudicetũ

IIII

Si secundum digitum quo sagittatur excusserit, malb. d alatham briorodero M.CCCC. dena. qui faciunt, solid. XXXV. culpabilis iudicetur.

V

Si quis alteri tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, malb. chaminis M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

VI

† medium. Si quis † medianum digitum excusserit, malb. e taphano DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

VII

† repphano. Si uerò quartum digitum excusserit, malb. † f malegano DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

VIII

† in clechano. Si minimus digitus excussus fuerit, malb. g minechleno DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

IX

† quis pedẽ alterius capulauerit. Si uerò † pes capolatus fuerit, mancus ibidem † tenuerit, malb. h chal de china chamin M.DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

X

† mansera. Si uerò † pes capulatus fuerit, & mancus ibidem tenuerit malb. h chul de china cha

na chamin M.DCCC.den.qui faciunt solid.XLV.culpabilis iudicetur.

XI

Si uerò ipse pes excussus fuerit malb. † chaldachina sichte MMD.den.qui faciunt solid.LXXII.cum dimidio culpabilis iudicetur †chína chlera.

XII

Si quis alteri oculum †tulerit,malb.k liclamina MMD.denar. qui faciunt solid. LXXII.& dimidium culpabilis iudicetur. †euellerit

XIII

Si quis nasum alteri excusserit malb. l frasitto MDCCC.denar. qui faciunt sol. XLV.culpabilis iudicetur.

XIIII

Si quis auriculam alteri excusserit malb.m chunni cleura DC.denar.qui faciunt sol.XV.culpabilis iudicetur.

XV

Si quis alterum lingua †capolauerit unde loqui non poßit malb.n al chaltua IIIIM.den. qui faciunt sol.C.culpabilis iudicetur. †amputauerit

XVI

Si quis dentem excusserit malb.o in clanina DC.den.qui faciunt sol.XV. culpabilis iudicetur.

XVII

Si quis ingenuum castrauerit aut uirilia transcapolauerit, unde mancus sit malb.p uuiradardi IIIIM.den.qui faciunt solid.C.culpabilis iudicetur,

XVIII

Si uerò ad integrum tulerit uirilia,malb.q alacharde VIIIM.denar. qui faciunt sol.CC.culpabilis iudicetur.

XIX

Si quis Salecus Salecum castrauerit VIIIM.den.culpabilis iudicetur,qui faciunt solid.CC.excepta medicatura,quæ componatur sol.IX.

XX

Si quis r antrusionem castrauerit XXIIIIM. den.qui faciunt sol.DC. culpabilis iudicetur. excepta medicatura quæ VIIII.sol.componatur.

De Conuitijs Tit. XXXIII.

Paragraph. I

SI quis alterum a cinitum uocaret malb.b quintuo DC.den.qui faciunt sol.XV. culpabilis iudicetur.

II

Si quis alterum falsatorem,& mulier alteram mulierem meretricem clamauerit,malb.c extrabo DC.den.qui faciunt solid.XV.culpabilis iudicetur.

III

Si quis alterum concacatum,aut uulpeculam uocauerit CXX. den.qui faciunt sol.III.culpabilis iudicetur.

IIII

Si quis alterum leporem clamauerit,CCXL.den.qui faciunt solid.VI.culpabilis iudicetur

V

Si quis homo ingenuus alio improperauerit,quod scutum † suū iactasset & † fuga lapsus fuisset,& non potuerit adprobare,malb.d austrapo DC.den .qui faciunt sol.XV.culpabilis iudicetur. † proiecisse † hoste ei fugiendo prætimore.

VI

Si quis alterum delatorem clamauerit & non potuerit adprobare,malb.leu dardi DC.den.qui faciunt sol.XV.culpabilis iudicetur.

De Via Lacina Tit. XXXIIII.

Paragraph. I

†Si quis baroni uiam obstruent.

SI quis Baronem de uia †[a] ortauerit aut impinxerit malb. uia lacina DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur

II

Si uerò mulierem ingenuam de uia sua ortauerit aut impinxerit, malb.[b] urbis uia lacina MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur

III

Si quis in uia alterum adsalierit & eum taubauerit malb. chereno MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur

IIII

†uadi

* Si quis uiam quæ ad farinarium † ducit clauserit, malb.[c] urbis uia lacina DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur

De ligaminibus Ingenuorum Tit. XXXV.

Paragraph. I

SI quis hominem ingenuũ sine causa ligauerit, malb. obrepus, andrepus MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur

II

* Si uerò eum ligatum in aliquam partem duxerit, malb. andrepus MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

III

* Si uerò Romanus Francum ligauerit sine caussa MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur,

IIII

* Si uerò Francus Romanum ligauerit sine caussa, DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

V

* Si quis ligatum per superbiam aut per uirtutẽ à Grauione tulerit malb.[a] mitho fosa stadiuo, uitam suam redimat

De Venationibus. Tit. XXXVI.

Paragraph. I

†de diuersis uenationibus aliquid aut furauerit aut celauerit sol. XLV. culpabilis iudicetur.

SI quis †aliqua de uenatione de auibus aut de piscibus furauerit, malb. leudardi DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II

* Quam legem tàm de uenationibus quàm & de piscationibus conuenit obseruare.

III

†& cum testibus comprobare dominus eius potuerit, quod eum in uenatione habuisset & cum ipso duas aut tres feras occidisset.

Si quis ceruum domesticum signum habentem furauerit, aut occiderit, * qui ad uenationem faciendam mansuetus factus est † & [a] telarium eum testibus potuit adprobare quod extelarius fuisset, malb. † trouandio MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

IIII

†chrouuido †inuolauerit

Si quis uerò alium ceruum domesticum, qui in uenatione adhuc non fuisset occiderit aut †furauerit, malb.[b] trouuidio cham stala MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

V

Si quis ceruũ[c] lassum quẽ alterius canes mouerũt & adlassauerũt, inuolauerit aut celauerit, malb. trochuuido DC. den. qui faciũt sol. XV, culpabilis iudicetur.

VI

Si quis aprum quem alieni canes mouerunt et alassauerunt occiderit * uel furauerit, malb.[d] aruuernon DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

Si quis

De sepibus Tit. XXXVII.

Paragraph. I

SI quis tres uirgas † unde sepes superligata est, uel retortas, * capulauerit aut † aperuerit malb. leudardi DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. †quibus. *quibus sepes continetur.

II

Si quis per alienam messem, postquam † leuauerit ᵇ herbice traxerit, aut cum carro sine uia transierit malb. leudardi DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur. †terra a cibortos exercuicauerit

III

Si quis per alienam messem, iam † ᶜ expalmitantem sine uia transierit, causam superius conuenit obseruare. † germina produxit. †quæ in culmum erigetur.

IIII

Si quis per malum ingenium, in ᵈ curtem alterius uel in casam, uel ubilibet aliquid † de furato miserit, nesciente domino * cuius possessio est, ubi inuentum fuerit qui hoc miserat malb. ferthebero MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur. †quod furatum est

V

Si quis sepe concisa aliena arserit, malb. bila DC. den. qui faciuut sol. XV. culpabilis iudicetur.

De homicidijs seruorum uel expoliationibus. Tit. XXXVIII.

Paragraph. I

SI quis seruus seruum uel * se consimilem occiderit malb. ᵃ theu leude, aut theu leudinia, hoc conuenit ut homicidam illum domini inter se diuidant, *uel ancillam uel sibi.

II

Si quis ingenuus seruũ alienum adsalierit & exspoliauerit, & insuper quadraginta denarios ei tulisse probatur, malb. ᵇ theu nosdo DC. den. qui faciũnt † sol. XV. culpabilis iudicetur. †XXX. sol.

III

* Si uerò minus tulerit quàm ualent XL. denarij DC. denarijs qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

IIII

Si quis seruum alienum † battiderit † & ei insuper quadraginta noctes ᶜ tri gauerit opera sua malb. daudinariæ XL. den. qui faciunt sol. I. & triente uno culpabilis iudicetur. †flagellauerit †Vt in XL. noctibus, operare non potuerit.

V

* Si quis seruum alienum mortuũ expoliauerit per furtum, & spolia ipsa plus quam XL. denarios ualeant tulerit, malb. ᵈ thenfrio mosido DC. den. qui faciunt sol. XV. † culpabilis iudicetur. †XXXV solidis cõponat. si uerò usque XL. denarios tulerit, XV. solidos persoluat.

VI

Si quis uerò homo ingenuus lidum alienum expoliauerit, malb. theu mosido M. CCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. solid. culpabilis iudicetur

VII

Si seruus hominem ingenuum occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis occisi parentibus tradatur, & aliam medietatem dominus serui se nouerit soluturum. Sed si seruus legem intellexerit, poterit dominus se obmallare ut ipse ᵉ leudem non soluat. †parentes illius possint comprobare.

De Quadrupedibus qui hominem lædunt Tit. XXXIX.

Paragraph. I

SI aliquis homo, ex quolibet quadrupede qui domesticus fuerit, occidatur, & hoc † cum testibus potuerit adprobari, † dum illius dominus † cuius pecus erat, ante legẽ non adimpleuit, medietatẽ de ipsa leudi cõponat. & pro alia medietate ipsũ quadrupedẽ homini donet † Si uerò pecoris dominus, uitiũ in eo nõ intellexerit, secũdũ legẽ ex inde se poteſt defẽdere, & de ipso pecore nihil soluat. †quod †eo uidelicet modo si dominus quadrupedis nõ intellexerit secundũ legem se defenderet.

De



De Vestigio minando Tit. XL.

Paragraph. I

SI quis bouem aut caballum siue quod libet animal in furto perdiderit, et eius ... uestigia sequitur, & id cõsecutus fuerit, usq; in tertia nocte, et ille qui id duxerit, aut emisse se, aut [a] cambiasse dixerit aut proclamauerit: ille qui per uestigia sequitur, res suas per tertiã manum [b] adrhamire debet. Si uerò iam tribus noctibus exactis, qui res suas quærit & inuenerit, apud quem inueniuntur si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipsi liceat adrhamire. Qui uerò per uestigium sequitur, quod se agnoscere dicit, illo alio reclamãte, † non offerre per tertiam manum uoluerit, nec solum secundum legem calcauerit, & ei uiolenter quod se agnoscere dicit tulisse conuincitur malb. [c] mittinio † frastatitio MCC. den. qui faciunt solid. XXX culpabilis iudicetur.

† adrhamire uoluerit

† frastathinto

De furtis cabellorum Tit. XLI.

Paragraph. I

SI quis caballum qui [a] carrucam trahit furauerit malb. chanco MDC. den. qui faciunt sol. XL. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura

II

Si quis caballum [b] spathum furauerit malb. chengisto MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

III

* Si quis [c] Vuaranannionem homini Frãco furauerit malb. uuadrido. MDCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IIII

Si quis uuaranionem Regis furauerit malb. setheo † MMCCCC. den. qui faciunt solid. LX. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† II MDC. den. qui faciunt solid. XC

V

Si quis admissarium * cum grege, hoc est cum VII. aut XII. equabus furauerit malb. [d] huicthe sonistha MMDC. den. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VI

Si autem de grege minus fuerint usq; ad sex capita & pretium & caussam superius conuenit obseruare

VII

Si quis Franco homini admissarium furauerit malb. uuadredo MDCCC den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

VIII

Si quis [e] puledrum furauerit malb. uuadredo MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

IX

Si quis puledrum annniculum siue bimulũ furauerit malb. [f] napodero DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

X

Si uerò sequentem puletrum furauerit, malb. [g] snare. CXX. denar. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XI

Si quis iumenta aliena [h] tribatterit * & euaserint malb. [i] stalathia MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XII

* Si autem mortua inde fuerint MCC. denar. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

iomentũ prægnans.

XIII

* Si quis † equam prægnantem furauerit malb. estalathia M. DCCC. den. qui faciunt

ciunt solidos XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

XIIII

* Si quis iumentum aut caballum furauerit, MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. excepto capitale & delatura.

XV

* Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui spadauerit, malb. andechobina DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, & unumquodque iumentum, quod ille inire consueuerat, trientem, quod est tertia pars solidi, id est, XIII. denar. & tertia pars unius denarij.

XVI

* Si quis per superbiam aut per inimicitiam, caballos aut iumenta aliena tribauerit, uel debilitauerit, malb.[k] stala sthia MCC. denar. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

XVII

Si quis caballum alienum sine consensu domini sui exeorticauerit, malb. leudardi CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

De Plagiatoribus. Tit. XLII.

Paragraph. I

SI quis mancipia aliena sollicitauerit * & conuictus fuerit, malb. theu la sina DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II

† Si seruus alienus fuerit furatus, & ipse trans mare fuerit ductus, malb.[a] ttiridio * siue in quamlibet regionem ipsum duxerit, & ibidem à domino suo inuentus fuerit, & ipsum à quo in patria aliena plagiatus est, in mallo publico nominauerit, & tres ibidem testes colligere dominus debet, & iterum cum seruus ipse citrà mare fuerit reuocatus, in altero mallo iterum debet nominare qui eum plagiauerit, & ibidem similiter tres testes colligere debet, ad tertium uerò mallum similiter facere debet, ut nouem testes iurent, quod seruum ipsum, æqualiter per totos mallos super plagiatorem dicentem audissent. Sic postea qui eum plagiauerit, MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale & delatura.

† Si quis seruũ alienũ plagiarit. i. p circumuẽtionẽ de seruitio domini sui abstulerit

III

* Quæ confessio serui usque ad tres plagiatores admittatur, ea tamen ratione ut nomina hominum & uillarum æqualiter per totos tres mallos debeant nominare.

IIII

Si quis hominem ingenuum plagiauerit, & uendiderit, * & postea in patriam reuersus fuerit, malb[b] frio faltouo seu audel fecto VIIIM. denar. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

V

Si quis hominem ingenuum uendiderit, & postea in patriam reuersus non fuerit, malb. fal. cham VIIIM. den. culpabilis iudicetur. qui faciunt solid. CC.

De Seruo qui de furto fuerit inculpatus. Tit. XLIII.

Paragraph. I

SI cuius seruus in furtum fuerit inculpatus, si talis caussa est, unde ingenuus DC. den. qui faciũt sol. XV. componere debeat, seruus super scamno trusus CXX. ictus accipiat, si uerò antequam torqueatur fuerit confessus & ei cum domino suo conuenit, CXX. den. qui faciunt sol. III. dorsum suum redimat, dominus uerò s[illegible]us

capitale

capitale restituat. Requirēti autem si maior culpa fuerit, unde ingenuus MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. soluere debet, similiter seruus CXXI.[a] colaphos accipiat. Et si in ipso supplitio confessus fuerit illi qui eum torquet, & ipse seruū adhuc magis uult torquere etiam nolente domino, pignus domino serui dare debet, & sic seruus ad supplitia maiora datur, & si confessus fuerit, nihil ei super dominum credatur, ipse uerò illum seruum habiturus, qui eum torsit, & dominus serui qui iam pignus accepit, precium pro seruo recipiat.

II

Si uerò infrà priora supplicia, id est, CXXI. colaphis fuerit confessus, aut castretur aut CCXL. denarios qui faciunt solid. VI. reddat. Dominus autem serui capitalem in loco restituat.

III

Requirenti uerò si talis culpa est, unde homo ingenuus siue Francus VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur, seruus solidis XV. id est, DC. den. componat. Si uerò in maioribus criminib. seruus inueniatur unde ingenuus MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. posit iudicari, & inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

IIII

Si autem seruus de quolibet crimine inculpatus, dominus serui si præsens est ab eo qui repetit admoneatur, ut seruum ad iusta supplicia reddat. Et qui repetit uirgas habeat paratas, quę in similitudinē minimi digiti [b] grossitudinem habeant, & scamnum paratum habere debet, & ibi seruum ipsum extendere debet. Si do-
† distulerit minus serui supplicium † detulerit, & seruus præsens fuerit, continuò ipse qui re-
† facere debet petit, domino serui [c] solem collocet, & ad septem noctes placitum † concedat, ut seruum ad supplicium tradat. Qui si adhuc septem noctibus impletis, seruum tradere distulerit solem ei, is qui petit, iteratò collocet cum testibus, & sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat, id est, in XIIII. noctes à prima admonitione cōpleatur. Quod si impletis XIIII. noctibus, seruum noluerit ad supplicium tradere, omnem causam uel compositionem dominus in se recipiat, hoc est, si talis caussa fuerit, unde ingenuus DC. den. qui faciunt solid. XV. potuerit componere, ipse dominus pro seruo reddat.

V

Quod si adhuc maior culpa fuerit, de qua seruus requiritur, & dominus serui non ut seruus soluat, sed ut ingenuus totam legem super se soluturus excipiat.

VI

Quod si uerò seruus absens fuerit, dominus serui à repetentibus tertiò admoneri debet, ut seruum suum intra septem noctes debeat pręsentare, quod si nō fecerit tunc repetens cum testibus solem illi collocet, & sic ad alias VII. noctes placitum illi concedat. Si tunc seruum non præsentauerit, tunc repetens cum testibus solem illi collocet tertia uice adhuc ad septem noctes, ita ut totus numerus ad XXI. noctem perueniat, quod si per tria hæc placita, seruum noluerit ligatum supplicijs dare, aut præsentare, & tamē per singula placita ei solem collocauerit, tunc dominus serui omnem repetitionem non qualem seruus, sed qualem ingenuus, si hoc admisisset tandem compositionem repetenti restituat.

VII

Si uerò ancilla in tale crimen inculpetur, unde seruus castrari debeat, aut CC. XL. ictus accipere flagellorum, ipsa totidem ictus accipiat, aut CCXL. denar. qui faciunt sol. VI. componat.

VIII

Si quis cum seruo alieno sine consilio domini sui negotiauerit, DC. den. qui faciūt sol. XV. culpabilis iudicetur. Certè si talis culpa est, unde ingenuus homo Francus VIIIM. denar. componere debet, seruus sol. XV. culpabilis iudicetur.

De Homi-

De homicidijs Ingenuorum. Tit. XLIIII.

Paragraph. I

Si quis ingenuus Franco, aut Barbarum, aut hominē qui Salica lege uiuit, occiderit, malb. leudi VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

II

Si uerò eum in puteum aut sub aquam miserit, malb.[a] vuath leudi XXIIIIM. denar. qui faciunt † solid. DC. culpabilis iudicetur. † solid. MDCCC.

III

Si quis hominem in puteum aut in [b] uipida iactauerit, & uiuus exinde euaserit, ut ad casam suam possit accedere, malb.[c] chalip sub dupio IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

IIII

Si uerò eum qui in [d] truste dominica est, occiderit, malb. leudi XXIIIIM. denar. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur.

V

Si uerò eum de [e] hallis aut de [f] rama * super operuerit * similiter LXXIIM. den. qui faciunt solid. MDCCC. culpabilis iudicetur. * aut de quolibet re

VI

Si Romanus homo conuiua Regis occisus fuerit, malb. leudi XIIM. den. qui faciunt solid. CCC. componatur. * malb. math leud musler

VII *

Si quis Romanū tributariū occiderit, MDCCC. den. qui faciūt † solid. XLV. culpabilis iudicetur. * aut eum incenderit † sol. LXX.

VIII

Si quis hominem ingenuum inuenerit in quadriuio, aut in uia, sine manibus aut pedibus, inimici sui ui detruncatus, & eū ui ta priuat aut occiderit, malb. [g] frio fald * IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur. * mas bugo

IX

Si quis hominem ingenuum de [h] barco abbatiderit sine uoluntate MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

X

Si quis caput de homine, quod inimici sui in palum miserunt, sine uoluntate alterius deposuerit, malb.[i] Raba nal DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicet.

XI

Si quis hominē in puteum * iactauerit, & is exeundo uiuus euadit IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur. * aut in quolibet præcipitiū ubi periculū mortis esse potuerit, impinxerit,

XII

Si uerò in puteo mortuus fuerit, * malb. musthest XXIIIIM. den. qui faciūt sol. DC. culpabilis iudicetur. * tota leode sua cōponatur atq; ita unaquæq; persona, quæ maiori uel minori compositione compom debuerat, si de præcipitio periculo mortis euaderit, medietate leodis sua componatur, quæ cōponi debuerat, si mortuus fuisset.

XIII

Simili modo qui in pelagus hominem impinxerit, & exinde euaserit, malb. piomarina IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

XIIII

Si quis puellā ingenuā occiderit, malb.[k] nuchala VIIIM. den. qui faciūt sol. CC. culpabilis iudicetur.

XV

* Si quis Romanus homo possessor, id est, qui res in pago ubi remanet proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse conuincitur, IIIIM. den. qui faciunt solid. V. culpabilis iudicetur.

XVI

* Si quis hominem ingenuum quemlibet socium suum, de quolibet crimine accusauerit, & per eius cōmotionem siue mendacium, ille qui accusatus est, occisus fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietate leodis eius componat. Ille uerò qui eum occiderit, secundum legem pleniter eum componat.

De Homicidijs à contubernio factis. Tit. XLV.

Paragraph. I

SI quis collecto contubernio, hominẽ ingenuũ, in domo sua adsallierit, & ibidem eum occiderit, malb. chames talia XXIIIIM. den. qui faciant sol. DC. culpabilis iudicetur. II

† In truste dominica illi inratus qui occisus est

Si † uerò in truste dominica, ille qui occisus est fuerat, * LXXIIM. den. qui faciunt sol. MDCCC. culpabilis iudicetur.

* qui eum occidisse probantur

III

* malb. b druche lenniei

* malb. c seo lastasia.

Quod si corpus occisi hominis, tres plagas uel amplius habuerit, tres qui inculpantur, & quod in eo contubernio fuerint probantur, legẽ superius comprehensam singillatim cogantur exsoluere. Alij uerò tres de eodẽ contubernio * III MDC. denar. qui faciunt solid. XC. unusquisq; eorũ culpabilis iudicetur, & tres adhuc in tertio loco, de eodẽ contubernio * MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. singuli eorum cogantur exsoluere. Si uerò Romanus uel lidus in tali cõtubernio occisus fuerit, huius compositionis medietas soluatur.

IIII

Si quis contubernio facto, uillas alienas cum tribus effregerit, malb. a a lat faltheo IIIMCXX. denar. qui faciunt solid. LXXVIII. culpabilis iudicetur.

De Homicidijs in conuiuio factis. Tit. XLVI.

Paragraph. I

* malb. seo leu de ofibadro

† a conlectent

SI in conuiuio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, * ille qui remanet aut unum conuictũ reddat, aut omnes mortis illius cõpositionem † conlectent, quæ lex usq; ad septem qui fuerint in conuiuio illo, conuenit obseruare.

II

Si uerò in illo conuiuio plusq; septem fuerint, non omnes teneantur obnoxij, sed quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant.

III

Si quis foris casa, siue iter agens, seu in agro positus, à cõtubernio fuerit occisus, & tres uel amplius habuerit, malb. druchte lidio. hoc est, & tres de eodem cõtubernio cõuicti fuerint, singillatim mortis illius cõpositionem cõponant, & tres alij de ipso contubernio MCC. den. qui faciunt solid. XXX. unusquisq; illorum culpabilis iudicetur. Et tres alij adhuc de ipso contubernio DC.. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

De re Ipus. Tit. XLVII.

Paragraph. I

† debent tunc ipse qui uiduã accipere debet tres solidos æquè pensantes & denariũ habere debet, & tres erunt, qui solidos pẽsare uel probare debent, & hoc factũ si ei conuenit, sic accipiat cui debeatur.

SI ut fieri adsolet, homo moriens, uiduam dimiserit, & eam quis in coniugium suo uoluerit accipere, anteq; eam accipiat, b Tunginus aut c Centenarius d mallũ indicent, & in ipso mallo, scutum habere debet, & tres homines, uel caussas † mandare. Et tunc ille qui uiduam accipere uult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solid. æquè pensantes, & denarium habere debet. Et hoc facto, si eis conuenit, † uiduam accipiat.

II

Si uerò † ista non fecerit, & sic eum acceperit, malb. e Rei phus haec cha la ginus MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III

† istud

Si aũt quæ superius diximus omnia secundũ legẽ impleuerit, & tres solidos & denariũ ille cui reiphe debetur acceperit, tunc eam legittimè accipiat. Hoc discernendũ uidet, cui Reipus debeat. Si nepos fuerit sororis filius, senior ille accipiat, q; si neptis filius nõ fuerit, cõsobrinus filius q ex materno genere uenit, ipse accipiat. Si aũt nec cõsobrinus filius fuerit, tũc auũculus frater matris Reipum accipiat

accipiat. Si uerò auunculus non fuerit, tunc frater illius, qui ipsam mulierem antea habuerat, si in hæreditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius, uenturus nõ est, ipse Reippum accipiat. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximus fuerit superius nominatis, sui singillatim secundũ parentelã dicti sunt, usq; ad sextũ ᶜ geniculũ, si in hæreditatẽ illius mariti defuncti nõ accedat, ipse Reippos accipiat

IIII

Si autem nullus, nisi post sextum geniculum proximus fuerit, in fiscum teippi uel caussa quæ inde acta fuerit colligatur.

De Migrantibus. Tit. XLVIII

Paragraph. I

SI quis super alterũ in uilla migrare uoluerit, & aliqui ex eisdem, qui in uilla consistunt, eum suscipere uoluerint, & uel unus uel aliquis ex ipsis extiterit, qui contra dicat, migrandi licentiam ibidem non habeat. Si uerò contra interdictum unius uel duorum in uilla ipsa adsedere præsumpserit, tunc testare illi debent, & si noluerit exinde exire, ille qui testat, cum testibus sic ei debet testare, ut inter decem noctes exinde exeat, & si adhuc post decem noctes noluerit exire, iterũ debet ad ipsum uenire & testare similiter, ut iterũ ad alias decem noctes exinde debeat exire, & si adhuc noluerit, iterum decẽ noctes ad placitũ addat. & sic XXX. noctes impleat. Si nec tunc uoluerit exire, tunc mãniat eũ ad mallum, & testes suos in singulos mallos qui ibidem fuernt, secum habere debeat † ᵃ præstos, & si ipse cui testatum est noluerit uenire, & aliqua Sumis non detinuerit eum, ipse secundum legem qua diximus testatus est, tunc ipse qui testauit, super fortunam suam ponat, & roget ᵇ Grauionem, ut accedat ad locũ & ipsum inde expellat, & si ibi aliquid elaborauit quia legem noluit audire, amittat, & insuper malb. ᶜ uuidre sa thalo MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur. † paratos.

II

Si quis uerò admigrauit, & ei aliquis infra XII. † Menses nullus testatus fuerit, ubi admigrauit, securus sicut alij uicini † consistat. † noctes. † maneat.

III

* Si quis uerò aliam in uillam alienam migrare antequam conuentum fuerit rogauerit, * M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur. * malb. dandu theocho.

De Adframire. Tit. XLIX.

Paragraph. I

HOc conuenit obseruare ut Tunginus aut Centenarius mallũ indicent, et scutum in ipso mallo habere debet, & postea tres homines, tres caussas demãdare debent. postea in ipso mallo requirant hominem, ᵃ qui ei ᵇ non pertinet, & sic fistucam in ᶜ laisam iactet, & ipse in cuius laisam fistucam iactauerit dicat uerbum de fortuna sua, quantum ei uoluerit dare, aut si totã, aut si mediam fortunã suam cui uoluerit dare. Postea ipse in cuius laisam fistucam iactauit, in casa ipsius manere debet & hospites tres suscipere, & de facultate sua quantum ei datur, in potestate sua habere debet. Et postea ipse cui creditum est, omnia cum testibus collectis, ista agere debet, & sic postea, ante Regẽ, aut in mallo legittimo, illi cui fortunam suam deputauerit, reddere debet, & accipiat fistucam in mallo ipso. Et ipsum quem hæredem deputauit ante XII. menses, in laisio suo iactet nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est, & si contra hoc aliquid dicere uoluerit, tres testes habere bebet, qui iurati dicant, quod ibi fuerint in mallo, quod Tunginus aut Centenarius indixerunt. Et quomodo uidissent hominẽ illum, quod fortunam suam † donauit in laiso, illius quam iam elegerat fistucam iactare, & † dominare debent qui fistucam in laisum iactit, nec non & illum in cuius laisum fistucam iactauit, & illum quem hæredem appellauit. Similiter nominẽt alij testes iurati, & dicant, quod in casa illius, qui fortunam suam donauit, illi in cuius laisam fistucam iactauit, ibidem mansisset, & hospites tres uel amplius colegisset & pauisset, & † dominauit alijs dare uoluit. † nominare debent, qui fistucam in laisum electã iactauit.

set, & ei ibidē gratias egissent, & in [b] beudo suo pultes māducassent, & testes col legissent. Ista omnia alii tres testes iurati dicere debent, quoniam in mallo legitti mo uel ante Regem, illi qui accepit in laisam fistucam fortunam suam donauit, et ille acceperit in mallo, hoc est, ante [c] Theada uel Tunginum fortunam illam, qua † hærede eum appellauit, publicè coram omnibus hominibus fistucam in laisam ipse iactasset, & hæc omnia nouem testes debent affirmare.

† appellare placuit.

De [a] Filtortis qui Salica lege uiuunt Tit. L.

Paragraph. I

SSi quis seruum aut ancillam, caballum aut bouem, aut iumentum, aut quamli bet rē sub alterius potestate agnouerit, mittat eam in tertiam manū, & ille a pud quem agnoscitur debet [b] adrhamire, & si intra [c] Ligerim, aut Carbonariam, aut citra mare ambo manent, & qui cognoscitur, & apud quem cognoscitur, in noctes XL. placitum faciant, & in ipso placito, quanticunque fuerint, qui rem * ipsam uendiderunt, aut cambiauerunt, aut fortasse in solutionem dederunt, omnes intra placitum istum commoneantur: hoc est, unusquisque cū negotiatoribus suis, alter alterum admoneat. Si quis uerò commonitus fuerit, & Sumis eum non detinuerit, & ad placitū uenire distulerit, tūc ille cū quo negotiauit mittat tres testes, quomodo ei maniauerit, quod ad placitum ueniat. Et alios tres similiter habeat, quod publicè cum eo negotiarit, istud si fecerit, exuit se de Latrocinio, ille autem qui amonitus non uenerit, si super eum testes iurauerint, erit latro & fur il lius qui res suas agnoscit, & pretium ei reddatur, & omnia secūdum legem componat, † cum quo negotiauit. Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse [d] rhamallus esse uidetur, super quē res primitus agnita fuerit, aut intertiata. Quod si trans Ligerim aut Carbonariam ambo manent, ille apud quem res agnoscitur, in nocti bus LXXX. lex ista custodiatur.

* intertiatum

† apud quem suas res agnoscit.

De falso Testimonio. Tit. LI.

Paragraph. I

SI quis falsum testimonium præbuerit DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iu dicetur.

II

Si cuicunque aliquid imputatum fuerit, quod aliquid periuratus sit, & nō potuerit adprobari DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

III

* Si alicui fuerit imputatum, quod se periurasset, & hoc qui imputauerit, ad firmare poterit, tres de ipsis coniuratoribus periuri, unusquisque ad illorum DC. denar. qui faciūt sol. XV. culpabilis iudicetur. Alii uerò qui super tres fuerint, singuli quinis solidis id est, CC. den. culpabilis iudicētur, ipse uerò cui imputatum fuerit, excepta caussa, uel capitale & delatura CC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iu dicetur.

De Testibus adhibendis. Tit. LII.

Paragraph. I

SI quis testis necesse habet, † ut donet, & fortassis testis nō uult ad placitū uenire, ille qui eos necessariū habet, manire illos debet cum testibus, ut de eo quod uiderunt testimonium præbeant, & si uenire noluerint, & eos Sumis non deti nuerit, unusquisque illorum DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II

Si uerò presentes in testimonium fuerint uocati, & ea quę uiderunt, testimonium præbere noluerint, & [a] perbanniti fuerint, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

De Fi-

De fide facta. Tit. LIII.

Paragraph. I

SI quis ingenuus aut lidus, alteri fidem fecerit, & noluerit soluere, tunc ille cui fides facta est, in noctes XIIII. siue XL. aut quomodò placitum fecerit, is qui fidẽ dedit, ad domum illius, qui fidem accepit cũ testibus uenire debet, uel cũ illis qui precium adpretiare debent. Si is fidem factam noluerit soluere, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II

Si uerò adhuc supra dictũ debitũ soluere noluerit, debet eũ manire & a nesti gãtio sic admallare. Rogo te Tunzino, ut ne istigante b gassachio meum illũ, qui mihi fidem fecit, legittimum enim mihi debet debitum (& nominare debet, qua le debitum debeat, & unde fidem fecit) secundum legem Salicam mihi adstringas. Tunc Tunzinus, dicere debet. Ego nestigantio gasachio illo tuo in hoc mallo, quod Lex Salica habet, & tunc ipse cui fides facta est debet testificare, ut nulli alteri nec soluat, nec pignus donet solutionis, antequam impleat, quod fidem fecit, & sic festinantes ipsa die ad domum illius qui ei fidem fecit, cum testibus ambulare debet, & rogare ut debitum suũ illi soluat, & si hoc noluerit, solem ei† collocet, & si ei solem collocauerit, tres solidos super debitũ addat, & sic usq; ad tres uices, per tres † manitas facere debet, & super tres uices, ista omnia facta si noluerit componere, usq; ad nouem solidos debitum ascendat, id est, ut per singulas ad monitiones uel solem † collocatum terni solidi accrescant. † colcet. † nundinas. † colcatum.

III

Si uerò nec fidem factam ad placitum legittimè factum uoluerit persoluere, tunc ille cui fides facta est, ambulet ad Grauionem loci illius, in cuius pago manet, accipietq; fistucam & dicat uerbum. Tu Grauio rogo te, homo ille qui mihi fidem fecit, quem legittimè habeo † admallatũ secundum legem Salicã, & in hoc quod lex Salica habet & continet, Et ego super me, & super fortunam meam pono, quod securus mitto super fortunam suam manum. Et dicat de quanta caussa quantum ei fidem fecerit. Tunc Grauio roget septem c Rathmiburgios, qui secum ambulent, ad domum illius qui fidem fecit, dicat si præsens est, uoluntate tua solue homini isto, de eo quod ei fidem fecisti, & elige duos ex his, quos uolueris, quibus cum quod soluere debes, adpreciato & hoc quod debes secundũ iustum precium solue & satisfac. Quod si audire noluerit præsens, aut si absens fuerit, statim Rathimburgij adpreciato precio, & quod debito secundum iustũ precium satisfaciat, & quantum ualuerit debitum quod debet, hoc de fortuna sua tollat et ipsa lege, duas partes ille cuius caussa est, ad se reuocet & tertiam partem in Frido Grauio ad se recolligat, si tamen Fridus, uim de ipsa causa non fuit solutus. † ad eiachirũ

IIII

Si Grauio inuitatus fuerit, et nõ uenerit, si Sumis eum nõ detinuerit, aut certa ratio dominica eum non distulerit ut ibi non ambuler, neq; mittat, ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de uita componat.

De a Andocmito. Tit. LIIII.

Paragraph. I

SI quis Grauionem ad res alienas tollẽdum inuitauerit † & eum legittimè iachti uum aut admallatum non habuerit, qui eum rogat, ut iniustè aliquid † tollat, antequam eum per legem habeat admallatum, aut consecutum quod ei in mallo fidem fecisset, VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur. † antequã ga fachiũ suum. † fiscare debeat.

II

Si uerò Grauio inuitatus ad alterius caussam, † supra legem aut debitum aliquid † præsumpserit, aut uuereguldum suum redimat, aut de uita componat.

De [a] Rem prętata. Tit. LV.

Paragraph. 1

SI quis alteri de rebus ſuis aliquid præſtiterit,& alius ei reddere noluerit, ſic debet eum mallare. Cum teſtibus ad domum illius,cui rem ſuam prętitit, accedat,& ſic conteſtetur ei. Quia res meas noluiſti reddere quas tibi prętiti, in hoc, eas tene nocte proxima,quod lex Salica continet:& ſic ei ſolem collocet,& ſi nec tunc uoluerit reddere,adhuc ſuper VII.noctes ſimiliter facere debet: et ſi nec tunc uoluerit reddere,ad alias ſeptem noctes ſimiliter facere debet. & ſi nec tunc uoluerit reddere,ad alias ſeptem noctes id faciat. Poſt quas ad hunc cum teſtibus uenire debet,& roget ut ſibi debitum ſuum reddat,& ſi nec tunc reddiderit, ſolem ei collocet,& ſi per tresuices ſolem collocauerit,& ſi nec tunc reddere uoluerit, aut fidem facere ſuper illos VIII.ſolidos,qui per tres amonitiones adcreuerunt,ſuper debitum ſuperius adhuc amplius malb. [b] Tauthe DC.den.qui faciunt ſolid.XV. culpabilis iudicetur.

† manum de Inium.

De † [a] manu ab Æneo redimenda. Tit. LVI.

Paragraph. 1

† Aeneum.

SI quis ad † Inium mallatus fuerit,& forſitan conuenerit,ut manum ſuum redimat,* & iuratores donet,& ſi talis cauſſa eſt, de qua ſi legittimè cõuictus fuiſſet XV.ſol.componere deberet,tunc CXX.den.qui faciunt ſol.III. manũ ſuã redimat quod ſi amplius,ad manũ ſuã redimendã dederit, fredus exinde ſoluat Grauioni quantũ de ipſa cauſſa ſi cõuictus fuiſſet.Si uero maior cauſſa eſt,unde MCC. den.qui faciũt ſol.†XXX.poterat cõponere & cõuenit,ut manũ ſuã redimat CCXXXX.qui faciunt ſolid.† VI.manũ ſuam redimat.Quod ſi amplius dederat, fredũ ſoluat, quantũ ſi de cauſſa cõuictus fuiſſet.Si uerò maior culpa fuerit,unde ſi probatus fuiſſet MMD.den.qui faciunt ſol.LXII.cũ dimidio culpabilis iudicet̃, & cõuenit ut manum redimat DC.den.qui faciunt ſol.XV.ſoluat, quod ſi amplius dederit,fredus exinde * ſoluatur, tantum quantum ſi de cauſſa illa probatus fuiſſet. Iſta redemptio uſq; ad leudem permanet. Si uerò leudi alteri imputauerit & eum ad † æneum habet amallatum,& conuenit ut manum ſuam redimat, ſolid.XXX. donet. quod ſi amplius dederit † fredus de ipſo leudi ſoluatur.

† XXXV. † IX.

* Grauioni.

† iniom.

† fredũ Grauioni perſoluat tanquã ſi de ipſa cauſſa cõuictus extitiſſet.

De Grauione occiſo. Tit. LVII.

Paragraph. 1

SI quis Grauionem occiderit XXIIIIM.den.qui faciunt ſolid.DC. culpabilis iudicetur.

II

† Salebaronẽ

Si quis † [a] Sagbaronem,aut Grauionem,qui puer regius fuerat XIIM.den.qui faciunt ſol.CCC.culpabilis iudicetur.

III

Si quis Sacebaronem qui ingenuus eſt,& ſe uel alium Sacebaronem poſuerit,occiderit,XXIIIIM.den.qui faciunt ſolid.DC.culpabilis iudicetur.

IIII

Sachibarones uerò,in ſingulis mallebergijs pluſquam tres eſſe nõ debent,& ſi † de cauſſa illi aliquid ſanum dixerint, penitus Grauio nullám habeat licentiam remouendi.

† aliquis ante illos ſecundũ legẽ fuerit deſinita, ante Grauionem eam remouere non licet, ſi illi ſecuritatem prestiterint.

De Corporibus exſpoliatis Tit. LVIII.

Paragraph. I

SI quis corpus occiſi hominis, antequã in terrã mittatur * exſpoliauerit, malb. cheo moſido MMD. den. qui faciunt ſolid. LXII. & dimidium culpabilis iudicetur Et antiqua lege, ſi corpus iam ſepultũ exfodierit & exſpoliauerit, a tuargufsit, uſq; in diem, qua cum parentibus ipſius defuncti conuenerit, & ipſi pro eo rogent, ut inter homines liceat ei accedere. & quicunq; antea ei aut panem, aut hoſpitale, ſiue uxor ſua, ſiue proxima, ei dederit DC. den. qui faciunt ſol. XV. culpabilis iudicetur. Tandẽ auctor ex ſcęlere, qui hoc admiſiſſe probatur malb. b thurnichale VIIIM. den. qui faciunt ſol. CC. culpabilis iudicetur.

In furtum, alias per furtũ.

II

Si quis hominem mortuum, ſuper alterum in petra, aut in † c nauſo miſerit, malb. d idulgus ſol. XXXV. culpabilis iudicetur.

† nauchoـ

III

Si quis † tombam, ſuper mortuum hominem exſpoliauerit, malb. Turnichalis DC. den. qui faciunt ſol. XV. culpabilis iudicetur.

† tomolum.

IIII

Si quis e che riſta duna ſuper hominem mortuum capulauerit, malb. f mandoado, aut g ſilaue, quod eſt † porticulus, ſuper hominem mortuum deiecerit de unaquaq; malb. chreo † burgio DC. den. qui faciunt ſolid. XV. culpabilis iudicetur.

Si quis baſilicam ſuper hominem mortuũ expoliauerit, malb. chre ottar ſino MCC. den. qui faciunt ſol. XXX. culpabilis iudicetur. excepto capitale & delatura.

† ſtaſſlus † bardio

De Deſpectionibus Tit. LIX.

Paragraph. I

SI quis ad mallum uenire diſpexerit, aut quod ei à Rathinburgijs fuerat indicatum adimplere noluerit, ſi nec de compoſitione nec ad ęneam, nec de ulla lege fidem facere uoluerit, tunc ad Regis præſentiam ipſe manniri debet, & ibidem cum duodecim teſtibus ire debet, qui per ſingula placita iurati dicant, quod ibidem fuiſſent ubi Rathiburgij ei indicauerunt, ut ad ęneum ambularet, aut per compoſitionem fidẽ faceret, et ille diſpexerit. Iterum alij tres iurare debent, quod ibidem fuiſſent, poſt illam diem, quo ei Rathenburgij indicauerunt, aut per eneum aut per compoſitiones ſe educeret. hoc eſt de illa die, in quadraginta noctes in Mallobergo iterum ſolem collocauerit, & nullatenus legem uoluerit implere. Tunc eum debent mannire ante regem in XIIII. noctes, & tria teſtimonia iurando dicant, quod eum manniſſet, & ſi nec tunc uenerit, iſta omnia nouẽ teſtimonia iurati dicãt, ſicut ſuperius diximus. Similiter illa die ſi nõ uenerit, collocent ei ſolem iterum, & illa tria teſtimonia quæ ibidem fuerint ubi collocauerit ſolẽ. Tunc cum iſta omnia impleuerit, qui eum admallat, & ille qui admallatur ad nullum placitum ueniret, & pro lege ſe educere noluerit, tunc Rex ad quem mannitus eſt † extra ſermonem ponet, & ita ille culpabilis, & res ſuæ erunt in fiſco, aut eius cui fiſcus dare uoluerit, & quicunq; ei aut panem dederit, aut in hoſpitalitatem collegerit, ſiue ſit † uxor ſua, aut proxima DC. den. qui faciunt ſol. XV. culpabilis iudicetur, donec omnia ſecundum legem, ea quæ illi iniuncta ſint componat.

† extra ſermonem ſuum eum eſſe dijudicet.

† uxor propria.

II

Si quis alterum in mallo per legem uicerit, & is fidem facere diſpexerit, aut precium ſoluere, tunc Rathinburgij eum debent a attendere, ſecundum legem qualis cauſſa eſſe uidetur, & ille qui eum mallauit ad caſam ſuam ei nunciare debet, precium aut debitum, & ſi tunc ei ſatisfacere noluerit, tunc per legem debet attendere, & poſtea, Grafio ad caſam ſuam inuitari, ut quod lex eſt, is de cauſſa & rebus ſuis ſecundum legem referat.

De Rathin burgijs Tit. LX.

Paragraph. I

SI qui Rathinburgij legem uoluerint dicere in mallebergo residentes, cum caussa inter duos discusserint, debet eis qui caussam requirit dicere. Dicite nobis legem Salicā. Si illi tunc noluerint dicere, tūc iterū qui caussam requirit, dicit. Vos tangano, ut mihi & isto legē dicatis. bis aut tertio hoc debet facere Si uerò illi noluerint dicere, tunc qui caussam repetit debet dicere, Ego uobis tangano usq quo mihi legem dicatis Salicam. tunc septem de illis Rathēburgijs, collocato sole, IX. solid. culpabilis unusquisq iudicetur. Quod nec sic legem dicere uoluerint, nec soluere, nec fidem facere, tūc solem illis iterum collocet, & sic postea XV. solidis unusquisq culpabilis iudicetur. Si uerò Rathinburgij non secundum legem iudicauerunt Salicam his contra quos sententiam dederunt, solidos XV. soluant.

II

Si uerò Rathenburgij illi legem dixerint, & ille contra quem dixerunt, eis contradicat, & hoc sustinere noluerit eos enim contra legem iudicasse sibi putat, & id comprobare non poterit, unicuiq de septem Rathinburgijs DC. denar. qui faciunt solid. XV. soluat.

De Chren ceude Tit. LXI.

Paragraph. I

SI quis hominem occiderit & in tota facultate non habuerit, unde totam legem impleat. Duodecim iuratores dabit, quod nec subtus terram, neq supra terram, plus de facultate habeat† quā donauit. Et postea debet in casam suā intrare, & de quatuor angulis terræ puluerē in pugno colligere & postea in duropello stare & intus casam cuptare debet, & sic de sinistra manu trans suas scapulas iactare super proximiorē parentē. Quod si iā pater, aut mater, seu frater pro ipso soluerunt, super sororem tunc matris, aut super eius filios debet illam terrā iactare. quod si isti non fuerunt, super tres de generatione patris & matris, qui proximiores sunt. & postea [b] in camisia discinctus, discalceatus, palo in manu supra sepem salire, ut pro medietate quantum pro compositione deberet, aut quantum lex addicat, illi tres soluant de materna generatione. hoc & illi alij, qui de paterna generatione ueniunt, facere debent.

† nisi quod donatum habeat.

II

Si uerò aliquis ex illis pauperior fuerit, & non habet unde integrum soluat debitum, qui cunque de illis plus alio habet exsoluat, & iterum super illum chrene chruda ille qui est pauperior iactet, ut ille totam legem soluat. quod si hic etiam non habet, ut legem soluat & totam legem componat, tunc illum qui homicidium fecit tollit, qui eum in fide sua habet, & per quatuor mallos præsentem faciat, & si eum per compositionem aut fidem nullus suorum tulerit, hoc est, eum redimat, aut pro eo persoluit, tunc de uita componat.

III

At præsentibus temporibus, si de suis proprijs rebus non habuerit, unde transoluere, autse de lege defensare, possit omnis caussa superius comprehensa, ad caput suum pertinet obseruare.

De Alodis Tit. LXII.

Paragraph. I

SI quis mortuus fuerit, & filios non dimiserit, si pater aut mater superstites fuerint, in ipsam hæreditatem succedant.

II

Si pater & mater non superfuerint, & fratrem, aut sororem dimiserit, in hæreditatem ipsi succedant.

III

Si isti non fuerint, tunc soror matris in hæreditate succedat.

IIII

Si uerò soror matris non fuerit, sic soror patris in hæreditate succedat.

V

Et postea sic de illis generationibus, quicunq; proximior fuerit, ipsi in hæreditate succedant qui ex paterno genere ueniunt.

VI

† DE TERRA VERO SALICA, IN MVLIEREM NVLLA PORTIO HAEREDITATIS TRANSIT, SED HOC VIRILIS SEXVS ACQVIRIT, HOC EST, FILII IN IPSA HAEREDITATE SVCCEDVNT. SED VBI INTER NEPOTES AVT PRONEPOTES, POST LONGVM TEMPVS, DE ALODE TERRAE CONTENTIO SVSCITATVR, NON PER STIRPES, SED PER CAPITA DIVIDANTVR

† De terra uerò Salica nulla portio hæreditatis mulieri ueniat, sed ad uirilem sexum tota terra hæreditas perueniat.

De eo qui se de Parentilla tollere uult. Tit. LXIII.

Paragraph. I

SI quis de parentilla tollere se uoluerit, in † mallum aut in [a] Tunchinium admallare debet, & ibidem quatuor fustes [b] aluinos super caput suum frangere debet in quatuor partes, & illas in mallo iacere debet & ibi dicere. Quod se et de iuramento & de hæreditate, & de tota † ratione illorum tollat, & sic postea, si aliquis de suis parētibus, aut moriatur, aut occidetur, nulla ad illum compositio hæreditatis perueniat. simili modo: si ille moriatur, ad suos parentes non pertineat caussa nec hæreditas eius, sed amodo cum duodecim iuratoribus se exinde educat.*

† malb. ante tunchinum aut centenarium ambulet.

† illorum secatione

* hæreditas autem eius ad fiscum pertineat, aut cui fiscus dare uoluerit.

De [a] Harouueno Tit. LXIIII.

Paragraph. I

SI quis alteri de manu aliquid per uim tulerit, & raubauerit, aut exspoliauerit MCC. den. qui faciunt sol. xxx. culpabilis iudicetur, et rem pro capitale restituat.

II

Si uerò † quicunq; desuper homine aliquid in tertia manu miserit, & ei per uirtutem aliquid tulerit malb. charouueno M. CC. den. qui faciunt solid. xxx. culpabilis iudicetur.

† Si quis homini aliquid quod ei in tertiam manū missum fuerat, per uim tulisse conuincitur,

De compositione Homicidij Tit. LXV.

Paragraph. I

SI cuiuscunq; pater occisus fuerit, medietatem filij in compositione colligunt, & aliam medietatem parentes, qui proximiores fuerūt, tam de paterna quàm de materna generatione diuidunt. Quod si de paterna uel materna parte nullus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perueniat, uel cui fiscus concederit.

De homine in [a] hoste occiso Tit. LXVI.

Paragraph. I

SI quis hominem occiderit in hoste, tripla compositione componatur sicut in patria componere debuit.

II

Si quis hominem ingenuum qui lege Salica uiuit in hoste, in [b] companio, de companiei suorum occiderit, secundum quod in patria si ipse occisus esset componere debuisset, in triplo componat.

III

Si quis hominem ingenuum, qui Salica lege uiuit, in hoste occiderit, malb.

leudardi

leudardi tres pellia xxIIIM.den.qui faciunt sol.DC.culpabilis iudicetur.

III

Si uerò in triste dominica, ille qui occisus est, occisus fuerit, mal.leudardi tres pellia LXXIIM.denar.qui faciunt sol.MDCCC.culpabilis iudicetur.

De Herburgium Tit. LXVII.
Paragraph. I

SI quis alterum a Cheruioburgum, hoc est b strioportium clamauerit, aut illum qui c inium dicitur portasse ubi Strias cocinant *& eum conuincere non poterit, MMD.den.qui faciunt solid.LXII.& dimidium, culpabilis iudicetur.

II

Si quis mulierem ingenuam Striam clamauerit, aut meretricem, & conuincere non potuerit, VIIMD.denarios, qui faciunt solidos CLXXX VIII.culpabilis iudicetur.

III

Si Stria hominem comederit et conuicta fuerit VIIIM. denar.qui faciunt sol. CC.culpabilis iudicetur.

De Caballo excorticato. Tit. LXVIII
Paragraph I

SI quis caballum extra consilium domini sui decorticauerit, malb.leudardi DC. qui faciunt solid.XV.culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. et si confessus fuerit, capitale tantum restituat. Si uerò negat & conuictus fuerit, solidos XV.componat.

De eo qui Hominem uiuum de furca tulerit.
Tit. LXIX.
Paragraph. I

SI quis hominem uiuum de a furca tollere præsumpserit & fuga lapsus fuerit, ille qui eum tulerit, aut uitam pro ipso amittat, aut VIIIM. den. qui faciunt solidos CC.culpabilis iudicetur.

II

Si uerò quis hominem mortuum de furca sine uoluntate aut consilio iudicis, aut ipsius cuius caussa est tulerit, pro culpa qua suspensus est, quicquid exinde lex docuerit, ille qui eum tulerit culpabilis iudicetur.

III

* Si quis hominem de bargo uel de furca dimiserit sine uoluntate iudicis MDCCC.den.qui faciunt sol.XLV.culpabilis iudicetur.

IIII

* Si quis sine consensu iudicis, de ramo ubi incrocatur, deponere præsumpserit.MCC.denar.qui faciunt solid.XXX.culpabilis iudicetur.

De eo qui Filiam alienam acquisierit & se retraxerit. Tit. LXX.
Paragraph. I

SI quis filiam alienam ad coniugium quæsierit, præsentibus suis & puellæ parentibus, & postea se retraxerit, & eam accipere noluerit, malb.frifra sigena MMD.denarios, qui faciunt solidos LXII.& dimidium culpabilis iudicetur.

De

De Basilica incensa. Tit. LXXI.

Paragraph. I

SI quis nolunrario ordine, aut fortasse per negligentiam, Basilicam incēderit, malb. alu trude theo tidio. VIII. M. den. qui faciunt sol. CC.

De terra Commendata Tit. LXXII.

Paragraph. I

SI quis alteri a micam terram suam commendauerit, & ei noluerit reddere, si eum admalluerit & cōuinxerit. DC. den. qui faciūt sol. XV. culpabilis iudicet.

De cultello Sexxaudro. Tit. LXXIII.

Paragraph. I

SI quis alteri cultellum furauerit, & ei fuerit adprobatum, ipsum in loco restituat, & insuper DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

De Chreodiba. Tit. LXXIIII.

Paragraph. I

SI quis hominem ingenuum seu in sylua, seu in quolibet loco occiderit, & ad celandum igne combusserit, XXIIII M. den. qui faciūt sol. DC. culpabilis iudicet.

II

Si quis antrusionem uel fœminā taliter interfecerit, aut celauerit, aut igne cremauerit. LXIIII M D. den. qui faciunt sol. MDCCC. culpabilis iudicetur.

De muliere Grauida occisa. Tit. LXXV.

Paragraph. I

SI quis mulierem grauidam occiderit, XXIIII M. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur. Et si probatum fuerit, quod partus ille puer fuerit, simili conditione pro ipso puero DC. solid. culpabilis iudicetur.

II

Si quis puellam intra duodecim annos, usq; ad duodecimum impletū occiderit, sol. CC. culpabilis iudicetur.

III

Si uerò maiori ætate usq; ad sexagesimum annum, quo usq; partum habere potuerit, occiderit, XXIIII M. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

IIII

Si postea fuerit occisa, quando iam partum amplius habere non potuerit, sol. CC. culpabilis iudicetur.

De Antrusione. Tit. LXXVI.

Paragraph. I.

SI antrusio antrusionem de quacunq; caussa admallare noluerit, ubicunq; eum inuenire potuerit, super septem noctes cum testibus eū rogare debet, ut ante iudicem ad Mallobergo de causa quæ inpurarur ex hoc respondendo debeat cōuenire. Si eis ibidem non conuenerit, aut iste uenire distulerit, qui ipsum admallauerit in s nubi eum solsatire debet. Sic postea iterata uice ad noctes XIIII. eum rogare debet, ut ad illum Mallebergo debear uenire, ad dandum responsum, & qui admallatur, si eò uenerit, runc qui eum admallauit, si causa minor fuerit, aut minus quàm XXXV. solid. componatur, debet ibi sextus b vuedredo iurare, & ille postea qui rogarus fuerat, si se ex hoc idoneum esse cognoscat, se debet postea cum duodecim per sacramenta absoluere. Si uerò maior caussa fuerit quàm XXXV. solidis, culpabilis inueniatur, seu adhuc maiori numero superest, ut unde minus quàm XLV. solidi non iudicentur,

ipse qui

ipse qui eũ rogauit, eũ nono vuedredo debet iurare, & ille q rogatus est, si se idoneũ agnoscit, secũ octauo decimo datis sacramẽtis absoluere debet. Si certè talis fuerit caussa unde XLV. sol. aut amplius usq; ad leudẽ cõponere debet, ipse q eũ rogauit, debet duodecimus vuedredo iurare, & ipse qui rogatus est, si se innocentem esse cognoscit, uicesimus quintus, datis sacramẽtis absoluere se debet. Si uerò de leude eum rogatũ habuerit, debet qui eum rogauit cum XII. vuedredo iurare, & ipsas XIIII. noctes ęneũ calefacere, & si ad ipsum placitũ uenire despexerit, aut manum suã in æneũ mittere noluerit, quicunq; Antrusco ille, de causa superius cõprehensa, per sacramenta se absoluere non potuerit, aut manũ suã pro leude, in æneũ mittere despexerit, aut in placitũ uenire distulerit, tunc ille qui eum rogatum habuit, solẽ ei collocare debet, ad ipsam uerò diẽ, in mallobergo ipso, in XL. noctib. Si nec ibi secõduxerit, tunc ille qui eum rogatũ habuit, solẽ collocet, postea illum ad præsentiã Regis ad noctes XIIII. rogare debet, & ibidẽ duodecim testes ponere, qui per singulas uices tres iurati dicant, q ibi fuissent, ubi illi amonitio ad XIIII. noctes solem collocasset, & ille de sacramento se non absoluat, nec manũ suam pro leude in æneũ posuisset. Similiter & alij tres testes dicant, quod in XL. noctib. sole ei collocato, & ille nullatenus de Antrusione c gauialto estre legibus dixisset. At tertia uice tria testimonia similiter dabit, qui dicant qualiter eum ad præsentiam regis uenire rogasset, & si nec tunc uenerit, ipsa nouẽ testimonia sicut superius diximus iurati, dicant. Similiter illa die, si nõ uenerit, collocet ei solem, & illa tria testimonia, quæ ibi fuerant quando sol collocabatur. Si ista omnia impleuerit qui eũ admallat, & ille qui admallatur, ad nullũ placitũ uenire uoluerit, tunc Rex ad quẽ mannitũ est, eũ extra sermonẽ suũ ponat, & quicunq; eum aut pauerit, aut hospitium illi dederit, si fuerit uxor propria, sol. XV. culpabilis iudicetur, donec omnia quæ illi imputantur legibus componat.

II

Si antrusio antrusionẽ pro qualibet caussa manierit, aut fideiussorẽ quæsierit, & eũ secundum legẽ nõ rogauerit sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto quod prætermittit caussa illius anno integro nullatenus terminetur.

III

Si antrusio cõtra antrusionẽ testimoniũ iurauerit, sol. XV. culpabi. iudicet.

De eo qui in aliena domo resedit. Tit. LXXVII.

Paragraph. I

SI quis super ingenuũ in domo sua resedit, aut alius ingenuus, uolũtate sua, lapidem super tectũ iactauerit, in illius contumeliã, uel aliorũ quicũq; in domo sua resederũt, pro unaquaq; persona quinos denarios solid. culpabilis iudicet.

II

Si certũ fuerit, qui iactauerit, & illud fecerit, VII. sol. culpabilis iudicetur.

In quãtas caussas Thalaptas debeant iurare, Tit. LXXVIII.

Paragraph. I

SI amplius iurauerit, q tres caussas, rem illã in capite perdat, & quantum lex de caussa illa habuerit, culpabilis iudicetur, & de illis qui iurauerũt tres, qui seniores fuerunt, XV. sol. culpabilis iudicentur, & reliqui iuratores quinis solidis cõponant. Possunt aũt iurare, de dote, de re in hoste perdita, & de homine qui in seruitium reuocatur.

De Delatura. Tit. LXXIX

Paragraph. I

SI quis hominem occiderit, & quod lex habuit pro eo dederit, solid. XXX. pro delatura componat.

II

De spuero aut liberto, solid. XV.

De furtibus

III

De furtibus uerò alijs, VII. sol.

IIII

Causæ uerò Dominicæ, in triplo componuntur.

Incipiunt Chunnas. Tit. LXXX.

Paragraph. I

HOc est unum Thoa lasthi, solid. III. culpabilis iudicetur.

II

Sex anchunna solid. XV. culpabilis iudicetur.

III

Septun chunna sol. XVII. culpabilis iudicetur.

IIII

Theu vualt chunna sol. XXX. culpabilis iudicetur,

V

Thue septen chunna solid. XXXV. culpabilis iudicetur.

VI

Theu vuenet chunna sol. XLV. culpabilis iudicetur.

VII

Tho to condi vueth chunna. sol. LXII. & dimidio, culpabilis iudicetur.

VIII

Fit ternu funde, sol. C. culpabilis iudicetur.

IX

Acto & usunde, sol. CC. culpabilis iudicetur.

X

Theio tho funde ter theo chunna, sol. DC. culpabilis iudicetur.

XI

Fit terno funde thue aptheo chunna, sol. DCCC. culpabilis iudicetur.

Epilogus.



Ciendum autem est, quod in quibusdam legibus Salicæ, inueniuntur Capitula principalia LXV. in alijs LXX. in nonnullis LXXX. etiam paulò plus aut minus. Sunt qui habeant compositiones CCCLVIII. ac etiam plus minusúe. Inquirendum igitur erit in compositionibus legis Salicæ, quid uarietatis, & quem numerum minimum, quem maximum habeant. Diuisiones namq; compositionum sunt, CCCLVIII. Varietates autem XXXI. quæ ita inueniuntur. Incipiunt autem à VII. denarijs: ut

I Si quis agnum furauerit. I
Inde ad X. denarios uenit, ut

II Si quis alterius messem damnauerit. I
Inde ad solidum unum, ut

III Qui porcellum, qui sine matre. & reliqua. I
Inde ad solidum unum & tremissem, ut

IIII Qui alterius seruum cædit. I
Inde ad solidos III. ut.

V Si quis tres capras furauerit, & hæc cõpositio XLIII. in locis habet. XLIII
Inde ad III. solidos & denarium unum, ut

VI Si quis uiduam in coniugium sociare uoluerit. & reliqua. I

Inde ad solidos quinque.

VII Hi sunt q in raptu soluũt cõpositionẽ.&hęc cõpositio habeť in 2.locis. II

Inde ad solidos sex,

VIII Pro redẽptione serui,ut nõ castreť.& hęc cõpositio in 5.locis habeť. V

Inde ad solidos VII.& denarium,ut

IX Si quis ícrouam subbattit in furtum. I

Inde ad solidos VIII.ut

X Si quis alterũ de clauso pugno.& hæc cõpositio in 5. locis habeť. V

Inde ad solidos XII.& denarium,ut

XI Si quis ministerialem in mortis periculo. I

Inde ad solidos XV.ut

XII Si quis sponsã alterius tulerit.hęc cõpositio in locis 93.habeť. XCIII

Inde ad solidos XVII.cum dimidio,ut

XIII Si quis alterius uaccam furauerit.hęc cõpositio in 4.locis habeť. IIII

Inde ad solidos XXII.cum dimidio,ut

XIIII Si quis tributarium Romanum in pelagus. I

Inde ad solidos XXV.ut

XV Si quis seruũ ministerialẽ occiderit.hęc cõpositio in 2. locis habeť. II

Inde ad solidos XXX.ut

XVI Si quis ancillã furauerit.hec cõpositio in 26.locis habeť. XXVI

Inde ad solidos XXXV.ut

XVII Si quis alterius seruũ furauerit.hęc cõpositio in 29.locis habeť. XXIX

Inde ad solidos XLV.ut

XVIII Si quis vuarauionẽ furauerit.hęc cõpositio in locis 41.habeť. XLI

Inde ad solidos L.ut

XIX Si quis Romanum in pelagus. I

Inde ad solidos LXII.& dimidium,ut

XX Si qs hominẽ uult percutere gladio.hęc cõpositio in 38.locis habeť. XXXVIII

Inde ad solidos LXX.ut

XXI Si quis seruum aut ancillam de ministerio. I

Inde ad solidos LXXV.ut

XXII Si quis seruum ministrantem in hoste occiderit. I

Inde ad solidos XC.ut

XXIII Si quis taurum regis furauerit.hęc cõpositio in 3.locis habeť. III

Inde ad solidos C.ut

XXIIII Si quis Romanũ occiderit.hæc cõpositio in 31.locis habeť. XIII

Inde ad solidos CLXXXVII.& dimidium, ut

XXV Si quis mulierẽ striam clamauerit. I

Inde ad solidos CC.ut

XXVI Si quis hominẽ Ingenuũ occiderit.hęc cõpositio in 25.locis habeť. XXV

Inde ad solidos CCC.ut

XXVII Si quis litum in hoste occiderit.hęc cõpositio in 2.locis habeť. II

Inde ad solidos DC.ut

XXVIII Si quis hominẽ ingenuũ in hoste.hęc cõpositio in 11.locis habeť. XI

Inde ad solidos DCC.ut

XXIX Si quis mulierem habentem in utero. I

Inde ad solidos DCCCC.ut

XXX Si quis Romanum uel litum in truste. I

Inde ad solidos MDCCC.ut

XXXI Si quis hominem in truste dominica.hęc cõpositio in 2.locis habeť. II

In nominę

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi,

INCIPIT ORDO LEGIS RIPVARIAE.

De ictu Ingenuorum. Tit. I.

Paragraph. I



SI quis Ingenuus Ingenuum ictu percusserit, xv. solidos culpabilis iudicetur.

De Sanguinis effusione. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exeat terramque tãgat, XVIII. solid. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum sex iuret.

De Osse fracto. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, XXXVI. solid. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum sex iuret.

De Puncto. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus alterum transpunxerit, aut infra costas plagauerit, XXXVI. sol. culpabilis iudicetur. Aut cum sex iuret.

De Debilitatibus. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non posit, C. solid. culpabilis iudicetur. Si autem auditum non perdiderit, L. solid. componatur.

II

Si nasum excusserit, ut [a] mucare non posit, C. sol. culpabilis iudicetur. Si mucare praeualet, L. solid. componatur.

III

Si quis Ingenuus ingenuo oculum excusserit, C. solid. culpabilis iudicetur. Si uisus in oculo restiterit, ita ut † uidere non posit, L. sol. culpabilis iudicetur. †uidere posit

IIII

Si manum excusserit, C. solid. culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca pependerit, L. solid. componat.

V

Si quis Ingenuus ingenuo pollicem excusserit, L. solid. culpabilis iudicetur. Quod si pollex ibidem mancus † pendiderit, XXV. solid. culpabilis iudicetur. † pendiderit pro pepẽderit

VI

Sic in omni mancatione, si membrum mancum pendiderit, medietate componat, quam componere debuerat, si ipsum membrum abscissum fuisset.

VII

Si secundus digitus unde sagittatur, excussus fuerit, XXXVI. sol. cõponatur.

VIII

Si quis Ingenuus Ingenuo pedem excusserit, c. solid. componat. Si pes ibidem mancus pendiderit, L. sol. culpabilis iudicetur.

IX

Si articulum qualēcunq; amputauerit, XXXVI. sol. culpabilis iudicetur. Ista omnia si negauerit, cum sex iuret, quod hoc non fecisset.

De Castratione. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus Ingenuum castrauerit, CC. solid. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum XII. iuret.

De Homicidio. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis homo, ingenuum Ripuarium interfecerit, CCC. sol. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum duodecim iuret.

De Homicidijs seruorum. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis seruum interfecerit, XXXVI. sol. culpabilis iudicetur. Aut cum sex iuret, quod hoc non fecisset.

De Homicidijs hominum Regis. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis Regium hominem interfecerit, C. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum XII. iuret.

De Homicidijs hominū Ecclesiasticorū. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis hominem Ecclesiasticum interfecerit, C. sol. culpabilis iudicetur. Aut cum XII. iuret. Sic in reliqua compositione, unde Ripuarius XV. solid. culpabilis iudicetur, Regius & Ecclesiasticus homo, medietatem componat, uel deinceps quantumcunq; culpa ascenderit.

De Homicidijs eorum qui in Truste Regis sunt. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis eum interfecerit qui in truste Regia est, DC. sol. culpabilis iudicetur. Et quicquid ei fiet, similiter sicut de reliquo Ripuario in triplum componatur. De occisione eius si negauerit, cum LXXII. iurer.

II

Si quis Regio aut Ecclesiastico homini de quacunque libet re, fortiam fecerit, & per uim tulerit, in triplum sicut reliquo Ripuario componat.

De Homicidijs mulierum. Tit. XII.

Paragraph. I

SI fœminam Ripuariam interfecerit, postquam parturire cœperit, usq; ad quadragesimum annum, DC. sol. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum LXII. iuret.

II

Et ubicunq; DC. solid. accedunt, simili modo cum LXXII. iuret.

Si ille

III

Si ille homo pauper fuerit, ut insimul soluere non possit, per tres decessiones filiorum soluat.

De Homicidijs puellarum. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis puellam Ripuariam interfecerit, cc. solid. culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum XII. iuret.

De Muliere Ecclesiastica. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI quis fœminam Regiam, aut Ecclesiasticam parientem interfecerit, ccc. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum XXXVI. iuret.

II

Quod si puellam post quadragesimum annum interfecerit, cc. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum XII. iuret.

De homine Mordrido. Tit. XV.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus Ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum cum ramo cooperuerit, uel in pureum, seu in quocunque libet loco celare uoluerit, quod dicitur Mordridus, DC. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum LXXII. iuret.

De Captiuato homine, uel fœmina ingenua. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus Ingenuum Ripuarium extra solum uendiderit, & eum iterum ad solum non potuerit reducere, DC. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum LXXII. iuret. Et si eum in solum reduxerit, cc. solid. culpabilis iudicetur.

II

Quod & de fœmina ingenua similiter conuenit obseruari.

De Incendio. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quis hominem per noctem latenter incenderit, DC. solid. culpabilis iudicetur. & insuper damnum & delaturam restituat. Aut si negauerit, cum LXXII. iuret.

II

Si seruus hoc fecerit, XXXVI. solid. culpabilis iudicetur, & insuper damnum & delaturam restituat. Aut si negauerit, dominus eius cum VI. iuret.

De Sonesti. Tit. XVIII.

Paragraph. I

QVod si Ingenuus de Sonesti, id est, XII. equas cum † amassario, aut VI. scrouas cum uerre, uel XII. uaccas cum tauro furatus fuerit, DC. solid. culpabilis iudicetur, & insuper capitale & delaturam restituat. † admissario

II.

Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omni furto constituimus, unusquisque DC. solid. culpabilis iudicetur, & insuper capitale & delaturam restituant. Aut si negauerint singuli cum LXXII. iurent.

III

Quod si seruus hoc fecerit, XXXVI. solid. culpabilis iudicetur, & insuper capitale & delaturam restituat. Et si multorum serui fuerint, unusquisque per semetipsum similiter faciat. Aut si negauerint, domini eorum cum sex iurent.

IIII

Si homo Ecclesiasticus aut Regius hoc fecerit, medietate compositionis Francorum culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum XXXVI. iuret.

De Ictu seruorum. Tit. XVIIII.

Paragraph. I

SI Ingenuus seruum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos singulos solid. componat. Aut si negauerit, cum VI. iuret.

II

Si homo Ecclesiasticus aut Regius hoc fecerit, III. solid. culpabilis iudicetur, aut cum VI. iuret.

III

Quod si seruus homini Regio aut Ecclesiastico uel Franco hoc fecerit, per ternos ictus, III. solid. componat. Aut si negauerit, dominus eius cum sex iuret.

De Effusione sanguinis. Tit. XX.

Paragraph. I

SI seruus Ingenuo aut Regio uel Ecclesiastico homini sanguinis effusionem fecerit, quinque dimidijs solidis culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, dominus eius cum sex iuret.

II

Similiter si Ingenuus, aut Regius, uel Ecclesiasticus homo, hoc seruo fecerit, quinque dimidijs solidis culpabilis iudicetur. Aut cum VI. iuret.

De Osse fracto seruorum. Tit. XXI.

Paragraph. I

QVod si Ingenuus, aut Regius, uel Ecclesiasticus homo, seruo os fregerit, IX. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum sex iuret.

De Osse fracto Ingenuorum à seruo. Tit. XXII.

Paragraph. I

QVod si seruus homini Franco, aut Ripuario os fregerit, dominus eius XXXVI. solid. culpabilis iudicetur. Si autem Regio, aut Ecclesiastico homini hoc fecerit, XVIII. solid. culpabilis iudicetur.

De Ictu seruorum in seruo. Tit. XXIII.

Paragraph. I

QVod si seruus seruum ictu uno, uel duobus, seu tribus percusserit, nihil est: sed tamen propter pacis studium, tremissem, id est, quatuor denarios componat.

De San-

De Sanguinis effusione seruorum à seruo.
Tit. XXIIII.

Paragraph. 1

SI autem seruus, seruo sanguinis effusionem fecerit, tertio dimidio solid. culpabilis iudicetur.

De Osse fracto seruorum à seruo. Tit. XXV.

Paragraph. 1

SI os ei fregerit, v. solid. culpabilis iudicetur.

De Debilitatibus seruorum. Tit. XXVI.

Paragraph. 1

QVod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem, excusserit, XVIII. solid. dominus eius culpabilis iudicetur.

De Castratione seruorum. Tit. XXVII.

Paragraph. 1

SI autem eum castrauerit, XXXVI. solid. culpabilis iudicetur. At cum VI. iuret.

De Interfectione seruorum à seruo. Tit. XXVIII.

Paragraph. 1

SI autem seruus seruum interfecerit, dominus eius XXX. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum VI. iuret, quod seruus eius non fecisset.

De Furtis seruorum. Tit. XXIX.

Paragraph. 1

QVod si seruus furtum fecerit, dominus eius, XXXVI. solid. culpabilis iudicetur, excepto capitale, & delaturam restituat.

De Interpellatione seruorum. Tit. XXX.

Paragraph. 1

QVod si quis in iudicio pro seruo interpellatus fuerit, quod si seruus talis non fuerit, unde dominus eius de fiducia securus esse posit, dominus eius in iudicio rogatus: interrogatus respondeat, & stet, ac sine Tangano loquatur, & dicat: Ego ignoro, utrum seruus meus culpabilis, an innocens de hoc extiterit.

De seruo Repræsentando. Tit. XXXI.

Paragraph. 1

PRopter ea cum secundum legem Ripuariam super XIIII. noctes ad ignem repræsentet, & sic de eius præsentia cum fistuca fidem faciat, quod si seruus in ignem manum miserit, & læsam tulerit, dominus eius, sicut lex continet, de furtu serui, culpabilis iudicetur.

De seruo infra Ducatum lapso. Tit. XXXII.

Paragraph. 1

QVod si seruus, quando dominus interpellatus fuerit, infra Ducatum fuga lapsus fuerit, supra XIIII. noctes, aut ipsum repræsentet, aut pro eo faciat rationem.

II

Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitū ueniens, cum tribus testibus, in Araho coiuret, quod seruus ille, quem ad ignē repræsentare debuerat, extra eius uoluntatem fuga lapsus sit, & sic denuò placitus ei concedatur, ut super XIIII. seu super XL. noctes eum repræsentare studeat, aut ipse in re respondeat.

De Homine Ingenuo repræsentando. Tit. XXXIII.

Paragraph. I

QVod si homo Ingenuus in obsequio alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit, in præsentia iudicis, similiter sicut superius comprehensum est, repræsentare studeat, aut in re respondere.

II

Quod si eum non repræsentauerit, tale damnum incurrat, quale ille sustinere debuerat, qui in eius obsequio est inculpatus.

III

Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ripuarium, tàm Franci, Burgundiones, Alemanni, seu de quacumque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuerit, sic respondeat.

IIII

Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ripuariam damnum sustineat.

V

Quod si in prouincia Ripuria iuratores inuenire non potuerit, ad ignem, seu ad sortem se excusare studeat.

De Mannire. Tit. XXXIIII.

Paragraph. I

SI quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non uenerit, si eum Sunnis non detinuerit, XII. solid. culpabilis iudicetur.

II

Ille uerò, qui alium mannit, & ipse non uenerit, similiter XV. solid. culpabilis iudicetur.

III

Si autem mannitus fuerit ad secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, uel quintum, usque ad sextum uenire distulerit: pro unoquoque mallo, si ille qui eum mannit, cum tribus Rachinburgis in Araho coniurauerit, quod legittimè mannitus fuerit, XII. solidis culpabilis iudicetur.

IIII

Quod si ad septimum mallum non uenerit, tunc ille qui eum mannit, ante Comitem cum septem Rachinburgijs, in Araho iurare debet, quod eum ad Strudem legittimam admallatum habet, & sic iudex Fiscalis, ad domum illius accedere debet, & legitimam Strudem exinde auferre, & ei tribuere

tribuere, qui eum interpellauit, hoc est, septem Rachinburgijs unicuiq; XV. solid. & ei qui caussam sequitur. XLV.

V

Quod si ipsam strudem contradicere uoluerit, & ad ianuam suam cum Spata tracta accesserit, & eam in porta siue in poste posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigat, ut se ante Regem repręsentet, & ibidem cum armis suis, contra contrarium suum se studeat defensare.

De Intertiare. Tit. XXXV.

Paragraph. I

SI quis rem suam cognouerit, mittat manum super eam, & sic ille super quem intertiatur, tertiam manum quærat. Tunc in præsente ambo cõiurare debent, cum dextera armata, & cum sinistra ipsam rem teneant. Vnus iuret quod in propriam rem manum mittat: & alius iuret quod ad eam manum trahat, quæ ei ipsam rem dedit.

II

Et si infra Ducatum est, super quatuordecim noctes auctorem suum repręsentet: si foris Ducatu super XL. Si autem extra regnum super LXXX. ad Regis [a] Stapfspolum uel ad eum locum, ubi mallus est auctorem suum in pręsente habeat.

III

Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in araho coniuret, quod eum ibidem legibus mannitum habuisset, & sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset, sic ei placitum super quatuordecim, seu super XL. uel LXXX. noctes detur, ut [b] cina [c] vuerdunian suam in pręsentia testium recipiat, & ei qui rem suam intertiauit, probabiliter ostendat, & tunc ipse de futuro securus sit, & ille qui intertiauit, furtum & dilationem ab eo requirat, qui soluere cœpit.

IIII

Quod si auctor suus uenerit, & rem intertiatam recipere renuerit, tunc ille super quem intertiata est, capitale & delaturam, atque furtum soluere studeat.

V

Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur responderit, quod [d] fordronem suum nesciat, tunc in pręsente, de sacramento sibi septima manu fidem faciat, & super quatuordecim noctes id iurare studeat, quod auctorem, uel casam, seu postem ianuæ auctoris sui nesciat, & ipsam rem sine damno reddat.

De raptu Ingenuorum uel mulierum. Tit. XXXVI.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus homo, Ingenuam fœminam rapuerit, CC. solid. noxius iudicetur.

II

Quod si tres Ingenui cum ipso fuerint, unusquisq; eorum, LX. solid. noxij indicentur. Et † quanti super illos quatuor fuerint, unusquisq; XV. solid. noxius iudicetur. † quotquot.

Quod

III

Quod si Regius aut Ecclesiasticus homo hoc fecerit, c. solid. culpabilis iudicetur.

IIII

Similiter illi tres, qui ei auxilium præbuerint, unusquisque xxx. solid. culpabilis iudicet. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octauo semisolido multet.

V

Quod si seruus hoc fecerit, de uita componat.

De eo qui Vxorem alienam tulerit. Tit. XXXVII.

Paragraph. I

SI quis uxorem alienam tulerit uiuo marito, cc. solid. multetur.

II

Si quis cum ingenua puella mœchatus fuerit, L. culpabilis iudicetur.

III

Si quis ingenuam puellam, uel mulierem, quæ in uerbo regis uel ecclesiastica est, accipere uel seducere præsumpserit, sine parentum uoluntate, de mundiburde abstulerit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

De Diuersis interfectionibus. Tit. XXXVIII.

Paragraph. I

SI quis Ripuarius, aduenam Francum interfecerit, cc. sol. culpabilis iudicetur.

II

Si quis Ripuarius, aduenam Burgundionem interfecerit, CLX. solid. multet.

III

Si quis Ripuarius, aduenam Romanum interfecerit, c. sol. multetur.

III

Si quis Ripuarius, aduenam Alamannum, seu Frisionem, uel Bauuarium, Saxonem interfecerit, CLX. solid. culpabilis iudicetur

V

Si quis clericum interfecerit, iuxta quod natiuitas eius fuerit, ita componatur. Si seruus, sicut seruum: si regius aut ecclesiasticus, sicut alius regius aut ecclesiasticus: si litus, sicut litum: si liber, sicut alium ingenuum cum cc. solid. componat.

VI.

Si quis Subdiaconum interfecerit, cccc. solid. componatur.

VII.

Si quis Diaconum interfecerit, D. solid. componatur.

VIII

Si quis Presbyterum ingenuum interfecerit, DC. solid. componat.

IX

Si quis Episcopum interfecerit, DCCCC. solid. componat.

X

Si quis partum in fœmina interfecerit, seu natum priusquam nomen habeat, c. solid. culpabilis iudicetur.

XI

Quod si matrem cum partu interfecerit, DCCC. solid. multetur.

XII

Si quis vueregeldum soluere debet bouem cornutum, uidentẽ & sanum, pro II. solid. tribuat.

XIII

Vaccam cornutam, uidentem & sanam, pro I. solid. tribuat.

XIIII

Equum uidentem & sanum pro VII. solid. tribuat. Equam uidentem & sanam pro. III. solid. tribuat.

Spatam

XV

[b] Spatam cum [c] scogilo, pro VII. solid. tribuat. Spatam absque scogilo, pro III. sol. tribuat.

XVI

[d] Brunniam bonam, pro XII. solid. tribuat.:

XVII

[e] Helmum cum [f] directo pro VI. sol. tribuat.

XVIII

[g] Bainbergas bonas, pro VI. solid. tribuat.

XIX

Scutum cum lancea pro II. solid. tribuat.

XX

[h] Acceptorem non domitum pro III. solid. tribuat.

XXI

Commorsum gruarium, pro VI. solid. tribuat.

XXII

Acceptorem mutatum pro XII. solid. tribuat.

XXIII

Quod si cum argento soluere contingat, pro solido XII. denarios, sicut antiquitus est constitutum.

De Dotis mulierum. Tit. XXXIX.

Paragraph. I

SI quis mulierem desponsauerit, quicquid ei per Tabularum seu chartarum instrumenta cōscripserit, perpetualiter incōuulsum permaneat. Si aūt per seriē scriptiarū ei nihil cōtulerit, si uirū superuixerit, L. solid. in dotē recipiat, & tertiā partē de omni re quam simul conlaborauerant, sibi studeat euindicare, uel quicquid ei in [a] morgangeba traditum fuerat, similiter faciat. Quod si ex his quæ conscripta uel tradita sunt, simul consumpserint, nihil requirat.

De eo qui Hominē innocentē ad Regē accusauerit. Tit. XL.

Paragraph. I

SI quis hominē innocentē, ad Regē accusauerit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

De eo qui Ingenuæ mulieri manum uel brachiū strinxerit. Tit. XLI.

Paragraph. I

SI quis Ingenuæ mulieri manum strinxerit, XV. solid. culpabilis iudicetur.

II

Certè si super cubitum manum miserit, XXX. solid. multetur.

De Caballo extra consilium domini sui ascenso. Tit. XLII.

Paragraph. I

SI quis caballū extra consesum domini sui ascenderit, XXX. sol. culpabilis iudicet.

De Ligaminibus Ingenuorum. Tit. XLIII.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus ingenuum ligauerit, & eius culpam cum VI. testibus in [a] araho non adprobauerit, XXX. sol. culpabilis iudicetur.

II

Si quis à contubernio, probabiliter ligatus, super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

III

Sed si unus homo, cum satellitibus suis hominem ligauerit, aut ipsum excusare permittimus, aut proximus eius quod innocens ligatus sit, cum sex iuret.

De Ve-

De Venationibus. Tit. XLIIII.

Paragraph. I

SI quis de diuersis uenationibus furatus fuerit, & celauerit, seu & de piscationibus, xv. sol. culpabilis iudicetur. Quia non est hæc res possessa, sed de uenationibus agitur.

II

Si quis ceruum domitum, uel cum a triutis occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum XLV. sol. multetur. Sin autem in uenatione non fuit, XXX. solid. culpabilis iudicetur.

De Sepibus. Tit. XLV

Paragraph. I

SI quis uerò tres uirgas, unde sepis ligatur, uel a retortas, unde sepis continetur, capulauerit, aut in b cambortos inuolauerit, seu in clausura aliena c traugum ad tranuendum fecerit, xv. solid. multetur.

De his qui in Messe aliena cum carro transierint. Tit. XLVI.

Paragraph. I

SI quis per messem alienam, cum carro, uel cum carruca transierit, xv. solid. multetur.

De his qui nesciente homine, aliquam furtiuam Rem in domo introduxerit. Tit. XLVII.

Paragraph. I

SI quis nesciente homine furtiuam rem in eius possessionem introduxerit, & ibidem inuenta fuerit, XLV. solid. culpabilis iudicetur, uel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituat.

De Quadrupedibus si hominē occiderint. Tit. XLVIII.

Paragraph. I

SI quis quadrupes, hominem occiderit, ipse quadrupes qui eum interfecit, in medietatem vueregildi suscipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis soluere studeat, absque a fredo, quia quod quadrupedes faciunt, fredus inde non exigitur.

II

Quod si quadrupes quadrupedem interfecerit, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum uel debilem recipiat, & eum qui alium interfecerit, domino eius cuius quadrupes est interfectus, ipsum quadrupedem tribuat. & quantum interfectus uel debilis prius ualuerat, soluatur.

De Vestigio minando. Tit. XLIX.

Paragraph. I

SI quis animal suum per uestigium sequitur, & tertio die in domo cuiuslibet, uel in quolibet loco eum inuenerit, liceat ei absque intertiato reuocare: quod si in domo fuerit, & ei scrutinium cuius est domus contradixerat, ut fur habeatur.

II

Quod si ibidē uiolenter ingressus fuerit, xv. sol. multetur, aut cum sex iuret.

De homine qui sine Hæredibus moritur. Tit. L.

Paragraph. I

SI quis procreationem filiorum, uel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in præsentia Regis, siue uir mulieri, uel mulier uiro: seu cuicunque libet de proximis uel extraneis adoptare in hæreditatem, uel ad a fatinnire per scripturarum

ptrarum feriem, feu per traditionem, & teftibus adhibitis, fecundum legem Ripuariam licentiam habeat.

De Adfatimire. Tit. LI.

Paragraph. I

QVod fi adfatimus fuerit inter uirum & mulierem, poft difceffum amborum ad legitimos hęredes reuertatur, nifi tantum, qui parem fuum fuperuixerit, in eleemofinam uel in fuam necefsitatem expenderit.

De Teftibus adhibendis. Tit. LII.

Paragraph. I

SI quis teftes ad mallum ante Centenarium, uel Comitem, feu ante Ducem, Patricium, uel Regem neceffe habuerit, ut donent teftimonium, & fortaffe teftes noluerint ad placitum uenire, ille qui eos neceffarios habet, mannire illos debet, ut teftimonium quod fciunt, iurati dicant, quod fi noluerint, & falfum teftimonium prębuerint, & hoc adprobatum fuerit, unufquifque de illis III. teftibus XV. folid. multetur.

De eo qui Grafionem ad res alienas inuitat. Tit. LIII.

Paragraph. I

SI quis Iudicem fifcalem, ad res alienas iniufte tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad Strudem admallatum habuerit, inuitare præfumpferit, L. folid. multetur.

II

Quod fi quis Iudex fifcalis, amplius quàm lex Ripuatia continet, tulerit, L. folid. multetur.

De Repręftita. Tit. LIIII.

Paragraph. I

SI quis rem fuam alij præftiterit, & placitum indixerit, quod fi fuper placitũ rem pręftitam retinere præfumpferit, XV. folid. multetur.

De eo qui Grafionem interfecerit. Tit. LV.

Paragraph. I

SI quis Iudicem fifcalem, quem Comitem uocant, interfecerit, DC. folid. multetur.

II

Quod fi Regius puer, uel ex Tabellario ad eum gradum afcenderit, CCC. folid. multetur.

De Corporibus expoliatis. Tit. LVI.

Paragraph. I

SI quis autem hominem mortuum, antequam fepeliatur, expoliauerit, fi interrogatus confeffus fuerit, LX. folid. multetur.

II

Si autem negauerit, & poftea conuictus fuerit, C. folid. cum delatura multetur, aut cum VI. iuret.

III

Si quis mortuum effodere præfumpferit, CC. fol. multetur, aut cum VI. iuret.

De Rathinburgijs legem dicentibus. Tit. LVII.

Paragraph. I

SI quis caufam fuam profequitur, & Rathinburgij inter eos, fecundum legem Ripuariam dicere noluerint, tunc ille in quem fententiã contrariam dixerint, dicat: Ego uos Tangano, ut mihi legem dicatis, quod fi dicere noluerint, & poftea conuicti fuerint, unufquifq; eorum XV. folid. multetur.

II

Similiter & ille qui Rachinburgijs rectè dicentibus non adquieuerit.

De Alodibus. Tit. LVIII.

Paragraph. I

SI quis absq; liberis defunctus fuerit, si pater materq; superstites fuerint, in hæreditate succedant.

II

Si pater materq; non fuerint, frater & soror succedant.

III

Sin autem nec eos habuerint, tunc soror matris patrisq; succedant, & deinceps usq; ad quintũ genuculum, qui proximus fuerit, in hæreditatem succedant.

IIII

SED DVM VIRILIS SEXVS EXTITERIT, FOEMINA IN HAEREDITATEM a AVIATICAM NON SVCCEDAT.

De Libertis à domino ad Regem dimissis. Tit. LIX.

Paragraph. I

SI quis libertum suum, per manum propriam seu per alienam, in præsentia Regis, secundum legem Ripuariam ingenuum dimiserit per a denarium, & eiusdem chartã acceperit, nullatenus eum permittimus in seruitium inclinare sed sicut reliqui Ripuarij liber permaneat.

II

Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit, quod eum quis in licito ordine ingenuũ dimisisset, & ipse cum gladio suo hoc studeat defensare, aut si authorẽ habuerit, autor cum legibus ex hoc eum non potuerit defensare, ad partem Regis, cc. solid. culpabilis iudicetur. Et ad patrem eius cuius seruum in licito ordine à iugo seruitutis absoluere nititur, XLV. solid. multetur, & de omnibus rebus quas ei condonauit, alienus existat.

III

Si autẽ se defensauerit, liber permaneat, & ille qui eum noluit inseruire, cc. solid. Regi, XLV. illi qui defensatur culpabilis iudicetur.

IIII

Si autem homo c denariatus absq; liberis discesserit, nõ alium nisi Fiscum nostrum hæredem relinquat.

De Tabularijs. LX.

Paragraph. I

HOc & iam iubemus, ut qualiscunq; Francus Ripuarius, seu a Tabularius, seruum suum pro animæ suæ remedio, seu pretio, secundum legem Romanam liberare uoluerit, ut in Ecclesia coram Presbyteris, Diaconibus, seu cuncto Clero & plebe, in manu Episcopi seruum cum tabulis tradat, & Episcopus Archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua Ecclesia uiuit, scribere faciat, & tam ipse q; omnis procuratio eius liberi permaneant, & sub tuitione Ecclesię consistat, aut seruitium Tabulariorum Ecclesiæ reddant. Et nullus Tabularius denarium ante Regem præsumat iactare, quod si fecerit, cc. solid. culpabilis iudicetur, & nihilominus ipse Tabellarius, & procreatio eius tabularij persistant, & omnis reditus status eorum ad Ecclesiam reddant, & non alibi nisi ad Ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.

Quod

II

Quod si quis Tabularium, seu Ecclesiasticum hominem, contra Episcopum defensare uoluerit, LX. solid. & insuper hominem cum omnibus rebus suis Ecclesiæ restituat. Quia illicitum dicimus, quod Ecclesiis concessimus, iterum ab Ecclesiis reuocare.

III

Nemo seruum Ecclesiasticum absque Vicario liberum facere præsumat.

IIII

Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi Ecclesiam relinquat hæredem.

V

Quod si quis tabulas, Episcoporum manibus seu clericorum roboratas, irrumpere uoluerit, tunc Archidiaconus cum testibus, qui tabulas roborauerunt, ante Episcopum uel Regem accedat, ut testes quod sciunt dicant.

VI

Quod si ille qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tūc tabulę in pręsentia Iudicis perferantur, & Archidiaconus in præsente sacramento fidem faciat, & sibi septimus super noctes septem coniuret, cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt, quod ipse Tabularius secundum legem Romanam legitimè fuisset ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui causam prosequitur, in præsente constringatur, ut se ante iudicem repręsentet, & ad partem Ecclesiæ C. solid. culpabilis iudicetur. Et unicuique de testibus XV. solid. culpabilis iudicetur, & Archidiacono XLV. solid. culpabilis iudicetur, & nihilominus tabulæ stabiles permaneant.

VII

Quod si Archidiaconus ista adimplere contempserit, & Autorem suum qui eum Ingenuū dimisit, non inuenerit, tunc Tabularium ipse Archidiaconus, cum XLV. sol. & cum omnibus rebus suis proprio domino studeat restituere. Et unusquisque de testibus XV. solid. culpabilis iudicetur.

VIII

Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, caussam qui prosequitur similem mulctam sustineat, sicut superius scribere iussimus, & insuper [b] ab Ecclesiæ liminibus repellatur, usque dum domino proprio satisfaciat.

IX

Quod si quis Tabularium ex seruo alieno facere præsumpserit, tunc ille cuius seruus est, super eum manum mittere debet, & sic Tabularius est, uel Regius seu Romanus homo qui hoc facit, super septē noctes: si Francus super quatuordecim, de manu in manum ambulare debet. Quamuis multæ uenditiones ex illo factæ fuissent, usque dum ad eam manum ueniat, quæ eum ingenuum dimisit. Et tunc ex eo iudicium superius comprehensum adimpleatur.

X

Si autem Tabularius ancillam Regiam aut Ecclesiasticam seu ancillam Tabularij in matrimonium sibi sociauerit, ipse cum ea seruus permaneat, si autē tantùm mœchatus fuerit, [c] VIII. dimidio solid. culpabilis iudicetur, aut cum VI. iuret.

XI

Quod si Tabularia hoc fecerit, & ipsa & generatio eius in seruitiū inclinenť.

XII

Si autem Tabularius ancillam Ripuariam acceperit, non ipse, sed generatio eius seruiat.

XIII

Si Ecclesiasticus, Romanus, uel Regius homo, ingenuam Ripuariam acceperit, aut si Romana, uel Regia, seu Tabularia, ingenuum Ripuarium in matrimonium acceperit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur.

XIIII

Quod si quis hominem Regium, Tabularium, tam [a] Baronem quàm fœminam de [b] Mundeburde Regis abstulerit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

XV

Similiter & ille qui Tabulariam uel Ecclesiasticam fœminam, seu Baronem de Mundeburde Ecclesiæ abstulerit, LX. sol. culpabilis iudicetur. Et nihilominus generatio eorum ad Mundeburdem Regis seu Ecclesiæ reuertatur.

XVI

Si autem Ripuarius ancillam Regis, seu Ecclesiasticam, uel ancillam Tabulariam sibi sociauerit, non ipse, sed procreatio eius seruiat.

XVII

Si autem Ripuarius, ancillam Ripuarij in matrimonio acceperit, ipse cum ea in seruitio perseueret. Similiter & si Ripuaria hoc fecerit, ipsa & generatio eius in seruitio perseuerent.

XVIII

Si aût Ingenuus cû ancilla mœchatus fuerit, XV. sol. culpabilis iudicetur.

XIX

Si autem seruus hoc fecerit, III. solid. culpabilis iudicetur.

XX

Quod si ingenua Ripuaria, seruum Ripuariû secuta fuerit, & parentes eius hoc contradicere uoluerint, offeratur ei à Rege, seu à Comite spata & [c] conucula: Quod si spatã acceperit seruum interficiat, si aût conuculã in seruitio perseueret.

XXI

Hoc etiam constituimus, ut hominẽ Regium, Romanum, uel Tabularium, interpellatum in iudicio, non [d] † tangeret, & nec [e] alsaccia requirat, & si in præsente legitimè mallatus fuerit, ea uerba cõmemorat, & non ei sicut Ripuario ante altare uerba cõmemoret. Serui aût Regis Ecclesiarum non actores sed ipsi pro semetipsis in iudicio respondeant, & sacramento absq; tangano coniurent.

† tangat aliàs tangent

XXII

Si aût homo Regius, homini Regio, uel Ecclesiastico, sacramento fidẽ fecerit super VII. noctes cõiuret. si Ripuario super XIIII. noctes, similiter & Ripuarius ei faciat.

De Venditionibus. Tit. LXI.

Paragraph. I

Si quis alteri aliquid uendiderit, & emptor testamentum uenditionis accipere noluerit, in mallo hoc facere debet, & pretium in præsente tradat, & rem accipiat, & testamentum publicè conscribatur.

II

Quod si parua res fuerit, VII. testibus firmetur, si aût magna, XII. roboretur. Et si quis in posterû hoc refragari, uel falsare uoluerit, à testibus cõuincatur, aut Cãcellarius, cum sacramenti interpositione, cum simili numero quo rû roborata est, idoneam confirmet.

III

Quod si charta in iudicio perforata idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, dupla repetitione, culpabilis iudicetur. Et insuper ad partem Cancellarij, XLV. sol. culpabilis iudicetur. Et unicuiq; de testibus XV. sol. culpabilis iudicetur, & ipsum testamentum inuiolatum perseueret.

IIII

Si autem testamẽtum falsatum fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, rem quam repetit, cum LX. solid. recipiat, & insuper Cancellario, pollex dexter auferatur, aut eum cum L. solid. redimat, & unusquisq; de testibus multetur.

Quod

V

Quod si ille qui causam sequitur, manum Cancellarij de altari traxerit, aut ante ostium Basilicæ manum posuerit, tunc ambo constringantur, ut se super XIIII. noctes, seu super XL. ante Regem repræsentare se studeant pugnaturi.

VI

Si aũt Cancellarius mortuus fuerit, tunc ei liceat, qui rem comparauit, cum tribus chartis, quas ipse Cancellarius scripsit, absq; pugna chartam suam super altari positam idoneare.

VII

Quod si uenditor uel hæredes sui superuixerint, ipsi testamentũ defendere debent, aut multam incurrere, quod de uenditione conscripsimus.

VIII

Hæc & de donatione constituimus, hoc autem constituimus, ut quicunq; in causa uictor extiterit, semper iudicium conscriptum accipiat aut testes.

IX

Si quis in iudicio interpellatus, chartam præ manibus habuerit, nulla ei malo ordine uel inuasio requiratur. Quia dum interpellatur, respondeat ad interrogationem, stet, & sine Tangano loquatur, & dicat: Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo.

X

Filijs autem & filiabus, super XII. solid. uni plus q̃ alteri nihil condonare uel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit, irritum habeatur.

De Traditionibus & testibus adhibendis. Tit. LXII.

Paragraph. I

SI quis uillam aut uineam, uel quamlibet possessiunculam ab alio comparauerit, & testamentum accipere non potuerit, si mediocris res est, cum VI. testibus & si parua cum III. quod si magna cum XII. ad locum traditionis, cum totidem numero pueris accedat, & sic eis præsentibus, precium tradat, & possesionem accipiat. Et unicuiq; de paruulis alapas donet, & torqueat [a] auriculas, ut ei postmodũ testimonium præbeant.

II

Si autẽ testes non potuerit congregare, ut ei testimoniũ præbeant, tunc rem suam cum VI. siue cũ VII. cum sacramenti interpositione, sibi studeat euindicare.

III

Si quis consortem suum quantulũcunq; † superpriserit, cum XV. sol. restituat. † circumscri pserit

IIII

Si autem infra testamentũ Regis aliquid inuaserit, aut cum VI. iuret, quod infra terminationem testamenti nihil inuasisset, aut eum IX. solid. omnem redditionem restituat.

V

Si autem ibidem infra terminationem, aliqua indicia sua arte, uel [b] butinæ, aut [c] mutuli factæ extiterint, ad sacramentum non admittatur, sed in præsente cum legis beneficio cogatur restituere.

VI

Quod si extra [d] marcam in sortem alterius fuerit ingressus, iudicium comprehensum compellatur adimplere.

VII

Quod si testamentum Regis, absq; contrario testamento, falsum clamauerit, non aliunde nisi de uita componat.

VIII

Quod si duo testamenta Regum de una re extiterint, semper prius duplicẽ sortiatur proportionem.

IX

Quod si quis de Ecclesia aliquid ui abstulerit, cũ superscripta lege in triplum restituat.

De Libertis secundum legem Romanam. Tit. LXIII.

Paragraph. I

SI quis seruum suum Libertum fecerit, & ciuem Romanum, portasq́ apertas conscripserit, si sine liberis discesserit, nõ aliũ nisi Fiscum nostrũ habeat hęredẽ

II

Quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam iudicetur. Et qui eum interfecerit, c. solid. multetur.

III

Quod si dominus eius eum ante Regem [a] dinararium facere uoluerit, licentiam habeat.

De homine qui seruum Tributarium facit Tit. LXIIII

Paragraph. I

SI quis seruum suum Tributarium aut Litum fecerit, si quis eum interfecerit, xxxvi. solid. culpabilis iudicetur.

II

Quod si [a] dinarialem eum facere uoluerit, licentiam habeat, & tunc cc. solid. ualeat.

De homine in Hoste occiso. Tit. LXV.

Paragraph. I

SI quis hominem in hoste interfecerit, triplici vueregildo culpabilis iudicetur.

II

De furto similiter.

De Homine in domo propria occiso. Tit. LXVI.

Paragraph. I

SI quis hominem in domo propria cum [a] hariraida interfecerit, auctor facti triplici vueregildo mulctetur, & tres priores xc. sol. culpabilis iudicentur. Et quanti ei sanguinem fuderint, unusquisq́ vueregildo eum componat. Et quanticunq́ post auctorẽ & sanguinis effusores uel post tres priores fuerint, unusquisque xv. solid. mulctetur. Et quicquid ibi [b] talauerint restituant.

De eo qui Bannum non adimplet. Tit. LXVII.

Paragraph. I

SI quis legibus in utilitatem Regis, siue in Hoste, seu in reliquam utilitatẽ [a] bannitus fuerit, minimè adimpleuerit, si ægritudo eum non detinuerit, LX. solid. multetur.

II

Si autem Romanus aut Ecclesiasticus, uel Regius homo hoc fecerit, unusquisq́ contra actorem suum xxx. solid. culpabilis iudicetur.

III

Si quis autem Legatarium Regis, uel ad Regem seu in utilitatem Regis per gentem, hospitio suscipere contempserit (nisi emunitas Regis hoc contradixerit) LX. solid. culpabilis iudicetur. Aut si Regius, Romanus, aut Ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisq́ contra actorem suum, xxx. solid. mulctetur.

De Sacramento. Tit. LXVIII.

Paragraph. I

SI quis Ripuarius sacramento sidẽ fecerit, super quatuordecim noctes, sibi septimus

ptimus,seu duodecimus,uel septuagesimus secundus,cum legitimo termino noctium,studeat coniurare.

II

Si autem contentio orta fuerit,quod sacramentum in die placito non coniurasset,tunc cum tertia parte iuratorum suorum adfirmare studeat,aliquibus à dextris seu à sinistris stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum præscientiam iudicis uel secundum terminationem sextam iuratorum suorum, cum dextera armata ram prius quàm posterius sacramentum in præsentia iudicis confirmare studeat. Quod si uerbis non dixerit, omnem repetitionem cum legis beneficio studeat reformare, & unusquisq; de iuratoribus XV. solid. culpabilis iudicetur.

III

Si autem contradixerint,iudicium accipiant. Si autem Regius, Romanus, aut Ecclesiasticus taliter egerit,cum legitimo numero, similiter studeat implere, aut legitimam solutionem restituat.

De eo qui Filium non relinquit. Tit. LXIX.

Paragraph. I

SI quis moriens debitor, aut testamenta uenditionis, seu traditionis aliqua fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicunq; de parentibus suis quantum unus solidus ualet, in hæreditatem acceperit, uel cui uueregildus eius, si interfectus fuisset legitimè obueniebat, omne debitum per ipsum solui iudicatur. Et omne factum eius idoneare studeat,aut culpam incurrat.

II

Si quis autem post fidem factam sacramẽti, in [a] hostem bannitus fuerit,post XL. noctes, si autem perrexerit post armorũ positionem,super quatuordecim noctes,coniurare studeat.

III

Quod si sacramentum ille qui prosequitur, non pronunciauerit, ipse qui placuit ante annum reuolutum, uel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat,& deinceps innocens habeatur. Si autem non adimpleuerit,omnem repetitionem,cum legis beneficio restituat.

IIII

Si quis pro hæreditate uel pro ingenuitate certare cœperit, post mallo ordine cum VI. in Ecclesia coniuret cum XII. ad † stapplum Regis in circulo,& in [b] hasla, hoc est,in [c] ramo, cum uerborum contemplatione coniurare studeat. † stapfolum

V

Si non adimpleuerit, cum legis beneficio restituat. Aut si quis eum contra prendere uoluerit,aut cum armis se defensare studeat,ante Regem. Aut omnem repetitionem,cum legis beneficio restituat.

De Osse super uiam sonante, uel absq; effusione sanguinis. Tit. LXX.

Paragraph. I

SI quis in capite uel in quocunq; membro plagatus fuerit, & os exinde exierit, quod si super uiam XII. pedum, in scuto iactum sonauerit, XXXVI. solid. factus ei culpabilis iudicetur.

II

Si autem plura ossa exierint,pro unoquoq; osse sonante, solidi addatur,quod

si factum negauerit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit soluat, & de reliquo cum VI. iuret, aut si non direxerit uerbū, tam ipse quàm coniuratores sui, qui iurare cœperunt, cum XV. solid. restituant.

III

Quod si quis absq; effusione sanguinis in quocunq; libet membro os fregerit, XVIII. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum VI. iuret quod os fractū non fuisset, & tunc uno solido componat.

IIII

Quod si quis absq; effusione sanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, muccatu, digito, uel quocunq; libet membro mancauerit, sic eum componat, ac si cum gladio ipsum debilitasset.

De eo qui Regi infidelis extitit. Tit. LXXI.

Paragraph. I

SI quis homo Regi infidelis extiterit, de uita componat, & omnes res eius Fisco censeantur.

II

Si autem quis proximum sanguinis interfecerit, uel incæstum commiserit, exilium sustineat, & omnes res eius Fisco censeantur.

De Homine à ligno interfecto. Tit. LXXII.

Paragraph. I

SI quis homo à ligno seu à quolibet manu factile fuerit interfectus, nō soluatur, nisi forte quis auctorem interfectionis, in usos proptios adsumpserit, tunc absq; Fredo culpabilis iudicetur.

II

Si autem quis fossam, uel puteū fecerit, seu pedicam, uel [a] ballistam incautè posuerit, & ibidem hominem uel pecus debilitauerit, uel interfecerit, omnis compositionis sicut lex continet Ripuaria culpabilis iudicetur. Aut si negauerit cum legitimo numero iuret.

III

Quod si in sepem animal inpalauerit, & ipsa sepes [b] mentonalis non fuerit, dominus sepis interfectionis seu debilitatis reus culpabilis iudicetur.

IIII

Si autem uirga de foris sepe incautè missa fuerit, & aliquid interfecerit, soluatur. Si autem de intus sepe se in uirga impalauerit, non est soluendus.

V

Quod si quis in sepem uel in quocunq; libet periculo res alienas inuitas minauerit, & ibidem interfectæ uel debilitatę fuerint, similes restituat. Aut cum VI. iuret, quod hoc non fecisset.

De Fistuca intercurrente. Tit. LXXIII.

Paragraph. I

DE quacunq; causa fistuca interfecerit, lacina interdicatur, sed cum sacramento se idoneare.

De homine Intertiato, uel pecore mortuo. Tit. LXXIIII.

Paragraph. I

SI quis hominē intertiauerit, & infra placitū mortuus fuerit, in quadruuio cum retorta in pede sepeliatur, & ibidē ad diē placitus cum testibus accedat, & cum ipsis VI. qui eum sepelire uiderūt in araho coiuret, quod ibidē ipse intertiatus, absque interfectione hominū, pecudū, uel alterius rei, nisi cōmuni morte cōsumptus sepultus iaceat, & ipsam retortā in pede habeat, & per ipsam retortā super ipso sepulchro semper de manu in manū ambulare debet, usq; dum ad eam manū ueniat quæ eum in licito ordine uendidit, uel furauit. Quod si ita non fecerit, capitali & delatura cum legis beneficio, seu cum furto culpabilis iudicetur.

Si autem

II

Si autem is fuga lapsus fuerit, si infra Ducatum supra quatuordecim noctes si extra ducatum super XL. noctes. Quod si extra regnum super LXXX. placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum repræsentare non potuerit, capitali & delatura seu furto, uel legis beneficio culpabilis iudicetur.

III

Si aũt eum interfecerit, nisi in quadruuio eum retorta sepulrus, ipse capitale & delatura, cũ furto seu Cine vuerdunia, uel legis beneficio culpabilis iudicetur

IIII

Si autem aliquid culpæ commiserit, dum intertiatus est, ipse de hoc culpabilis iudicetur qui, eum eo tempore post se retinuit.

V

Si homo commendatus uel fugitiuus defunctus fuerit, similiter in quadruuio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipse qui eum post se retinuit, precium rei cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

VI

Si autem animal intertiatum, infra placitum mortuum fuerit, tunc ille qui caussam prosequitur, cum testibus memorare debet, qualiter adpreciatum fuerit, & ille super quem intertiatur, corio cum capite decorticato, in præsentia iudicis auctorem suum ostendere debet.

VII

Quod si auctor receperit, tantum solidum unum, de cine vuerdunia pro corio restituat.

VIII

Quod si animal uiuum fuerit, & debilitatum, uel macilentum, quantum eo tempore adpreciatum fuerit, sic de cine vuerdunia restituat.

IX

Si autem sanum uel immaculatum restituerit, tunc omne pretium suum recipiat, quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertiatum fuerit, capitale & delatura cum furto culpabilis iudicetur.

X

Vestimentum autem uel his similia, absq; probabili signo intertiare prohibemus.

De Homine ligato absque iudicio dimisso, Tit. LXXV.

Paragraph. I

SI quis ingenuus Ripuarius, furem ligauerit, & eum absq; iudicio Principis soluere præsumpserit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

II

Si quis eum ui tulerit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

III

Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, & hoc cum VI. conjurauerit, quod absq; eius uoluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

IIII

Si autem cui commendatus fuerit, fuga euaserit, LX. solid. culpabilis iudicetur.

Vt nullus cum seruo traditionem uel commutationem faciat. Tit. LXXVI.

Paragraph. I

HOc autem constituimus, ut nullus cum seruo alieno negotium faciat, uel cõmutatione facere præsumat, nec ei ullã cõmendationem uel traditionẽ faciat, nec à

nec à seruo quisquam cōmendatam uel traditam rem recipiat. Si quis autem post hanc definitionem seruo aliquid commendare præsumpserit, nihil recipiat, & dominus eius de hoc innocens habeatur.

II

Similiter de puero, uel de muliere alterius constituimus.

De Reproprisa, uel Secuta. Tit. LXXVII.

Paragraph. I

SI quis caballum, hominem, uel quamlibet rem, in uia [a] propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas, ipsum ostendat, & sic postea ad Regis stapplum. sin autem aliter egerit, fur iudicandus est.

II

Quod si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat.

De Materiamine, uel lignis furatis. Tit. LXXVIII.

Paragraph. I

SI quis Ripuarius in sylua communi seu Regis, uel alicuius locata materiamina uel ligna fissa abstulerit, xv. sol. culpabilis iudicetur. sicut de uenationibus, uel de piscationibus, quia non res possessa est, sed de ligno agitur. Aut si negauerit, cum III. iuret.

De Homine furbattudo. Tit. LXXIX.

Paragraph. I

SI quis hominem super rebus suis comprehenderit, & eum ligare uoluerit. aut super uxorem, seu super filiam, uel his similibus, & non præualuerit ligare, sed colaphus ei excesserit, & eum interfecerit, corā testibus in quadriuio in [a] clida eum leuare debet, & sic XL. seu XIIII. noctes custodire, & tunc ante iudicem in Araho cōiuret, quod eum de uita [b] forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleuerit, homicidij culpabilis iudicetur. Aut si negauerit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

De eo qui furem in Domo receperit. Tit. LXXX.

Paragraph. I

SI quis furem in domo receperit, uel ei hospitium, seu uictum præstiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis furi culpabilis iudicetur. Aut cum VI. iuret, quod eum nec cęlasset, nec in domo pauisset.

De Homine penduto & eius hæreditate. Tit. LXXXI.

Paragraph. I

SI quis homo propter furtum comprehensus fuerit, & legitimè superiuratus, & iudicio principis † pendutus fuerit, uel in quocunque liber patibulo uitam finierit, omnes res eius hæredes possideant, excepto quod capitale & delatura in Io cum restituant.

† suspensus

De uiæ Lacina. Tit. LXXXII.

Paragraph. I

SI quis Ripuarius ingenuum Ripuarium de uia obstauerit, xv. sol. culpabilis iudicetur. Aut cum sex iuret, quod ei uiam suam cum armis nunquam contradixisset.

Vt Paruulus non respondeat ante XV. annos.

Tit. LXXXIII.

Paragraph. I

SI quis homo Ripuarius defunctus fuerit, uel interfectus, & filium reliquerit, usque XV. annum plenum nec causam prosequatur, nec in iudicio interpellatus responsum reddat, XV. autem anno, aut ipse respondeat, aut defensorem eligat, similiter & filia.

De Damno

De Damno in messe uel in clausura. Tit. LXXXIIII.

Paragraph. I

SI quis Ripuarius in messe aliena, uel in quacunque libet clausura damnum fecerit, æstimatione damni culpabilis iudicetur.

II

Si autem negauerit, & conuictus fuerit, capitale cum furca & delatura culpabilis iudicetur.

III

Si quis [a] peculium alieno in messe adprehensum ad [b] patricum minare non permiserit, xv. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum vi. iuret, quod hoc non fecisset.

De Maleficio. Tit. LXXXV.

Paragraph. I

SI quis uir, seu si quæ mulier Ripuaria, per uenenum seu per aliquod maleficium aliquem perdiderit, vueregildum componat.

II

Si autem mortuus non fuerit, & uarietatem seu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, c. solid. culpabilis iudicetur. Aut cum sex iuret.

De Grafione iniustè inuitato. Tit. LXXXVI.

Paragraph. I

SI quis Grauionem ad res alienas iniustè tollendas inuitauerit, xlv. solid. componat, & similem restituat.

De Corpore expoliato. Tit. LXXXVII.

Paragraph. I

SI quis corpus mortuum priusquam sepeliatur expoliauerit, c. solid. cum capitale & delatura multetur.

II

Si autem eum ex humo traxerit & expoliauerit, cc. sol. cum capitale & delatura culpabilis iudicetur. Vel [a] vuargussit ob hoc expulsus, exulet usque dum parentibus satisfaciat.

De Caballo excorticato. Tit. LXXXVIII.

Paragraph. I

SI quis caballum alterius mortuum, seu quodcunque libet animal extra consiliū domini sui excorticauerit, xxx. solid. culpabilis iudicetur.

II

Si aūt negauerit, & cōuictus fuerit, c. sol. cum capitale & delatura multetur.

De Homine forbannito. Tit. LXXXIX.

Paragraph. I

SI quis hominem qui forbannitus est, in domum recipere præsumpserit, si Ripuarius est, lx. solid.

II

Si Regius, Romanus, uel Ecclesiasticus, xxx. sol. culpabilis iudicetur.

INCIPIT LEX ALEmannorum, quæ temporibus Hlodharii Regis, una cum principibus suis quorum fuerunt Episcopi, xxxiii. Duces, xxxiiii. & Comites, lxxii. cum cętero populo cōstituta est.

De Liberis qui res suas ad Ecclesiam Dei tradunt. Tit. I.

Paragraph. 1



SI quis Liber res suas, uel semetipsum ad Ecclesiam tradere uoluerit, nullus habeat licentiam contradicere, non Dux, non Comes, nec ulla persona, sed spontanea uoluntate liceat Christiano homini Deo seruire, & de proprijs rebus semetipsum redimere. Et qui uoluerit hoc facere, per kartã de rebus suis, ad Ecclesiam ubi dare uoluerit, firmitatem faciat, & testes vi. uel vii. adhibeat, & nomina eorum ipsa karta contineat, & coram sacerdote, qui ad Ecclesiam deseruit, super altare ponat, & proprietas de ipsis rebus, apud ipsam Ecclesiam in perpetuũ permaneat. Et si aliqua persona, aut ipse qui dedit, uel aliquis de hæredibus eius, postea ipsas res de illa Ecclesia abstrahere uoluerit, uel aliquis homo, qualiscunq; persona hoc præsumpserit facere, & effectum quem inchoauit non obtineat, & Dei iudicium incurrat. Et excommunicationem sanctæ Ecclesiæ, & mulctã, quã karta continet, persoluat. Et res illas ex integro reddat, & fredum in publico soluat sicut lex habet.

De Liberis qui res suas ad Ecclesiam Dei tradunt, & in Beneficium sub Vsu fructuario accipiunt. Tit. II.

Paragraph. 1

SI quis liber res suas ad Ecclesiam dederit, & per kartam firmitatem fecerit, sicut superius dictum est, & post hæc à Pastore Ecclesiæ per Beneficium susceperit, ad uictualem necessitatem conquirendam diebus uitæ suæ, & quod spospōdit persoluat ad Ecclesiam, censum de illa terra, & hoc per epistolam firmitatis fiat, ut post eius discessum ullus de hæredibus non contradicat. Et si contigerit ut post mortem eius qui dedit illas res, filium relinquat, forsitan ipse filius uult dicere, q̃ hæreditas paterna sibi sit legitima ad posside ndum, & pater eius non dedisset, nec firmitatem fecisset, non liceat ei iurare, sed ipsa karta quã pater eius fecit, præsens ueniat, & illi testes, qui manus suas in kartam miserũt, una cum Presbytero Ecclesiæ, sicut lex habet, ita testificentur, quod ipsi ad præsens fuissent, & oculis suis uidissent, & auribus audissent, quod pater eius illas res ad Ecclesiam dedisset, & kartam fecisset, & illos ad testes uocasset. Hoc per sacramentum dicant, quod nos ueri testes sumus. Post hæc Pastor Ecclesię res suas possideat, & ille pręsumptor qui contradixerat, illam mulctam quam karta continet, ad Ecclesiam persoluat. Si autem illa karta aut arserit, aut perdita fuerit, quam ille homo fecit, tunc liceat illi hęredi, cum testibus nominatis quinque, ipse sit sextus, in ipsa Ecclesia iurare, quod pater eius nec kartam fecisset, nec ad illa loca sancta dedisset, & si hoc præsumpserit facere, illas res possideat.

De Liberis uel seruis qui ad Ecclesiam confugiunt. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis homo, aliquem persequens fugitiuum, aut liberum, aut seruum, & ipse inter ianuas Ecclesiæ confugerit, nullus habeat potestatem, per uim abstrahendi de Ecclesia, nec eum infra ianuas Ecclesiæ occidendi: sed ex timore Dei honorem Ecclesiæ impendat, & sacerdotem Ecclesiæ interpellet pro seruo suo, roget sibi eum reddere. Et donet legitimum * uuadium, ut illam culpam illi seruo cõcessam habeat, tunc ille Presbyter, reddat in pace seruum domino suo.

II

Si autem Presbyter neglexerit reddere, aut contradixerit, illum seruũ apud seipsum contineat, & curam de illo habeat, ut exinde fugitiuus non euadat, & si euaserit, ille Presbyter sine ulla dilatione persequatur, & domino restituat. Et si ipsum inuenire non potuerit, similem ipsius * aut pretium pro eo soluat.

* cum XII solidis

III

* Si autem ui abstraxerit, & iniuriam Ecclesiæ fecerit, componat decẽ & octo solidos ad Ecclesiam, & fredum soluat in fiscum sexaginta solidos, quia contra legem fecit, & Ecclesię honorem non impendit, & Dei reuerentiam non habuit. Et ut alij cognoscant, quod sit timor Dei in Christianis, & honorem Ecclesiis impendant.

* sicut seruum componi debet ac si occisus fuisset.

De Liberis qui infra ianuas Ecclesiæ interfecti fuerint. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis Liber Liberum infra ianuas Ecclesiæ occiderit, cognoscat se contra Deum iniustè fecisse, & Ecclesiam Dei polluisse. Ipsę Ecclesiæ quam polluit, LX. solid. componat, & Fiscus Fredum adquirat, parentibus autẽ legitimum vuerégildum soluat.

De Raptoribus qui de Ecclesiis aliquid ui abstraxerint. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis autem raptor, res alicuius Ecclesiæ commendatas, infra ianuas Ecclesiæ ui abstraxerit, & tulerit, homini cuius fuerant, sicut lex habet, ita soluat. Iniuriam autem Ecclesiæ, quam per raptum fecit, XVIII. solid. componat.

II

Si quis res suas ad Ecclesiam commendatas habuerit, & aliquis eas exinde rapuerit, si per furtum hoc fecerit, ipsas res in capitali restituat, & quanti hæres ualuerint, nouempliciter cõponat. Ecclesię uerò quã uiolauit, XXXVI. solid. cõponat.

III

Si uerò per uim hoc raptor abstulerit, dupliciter domino suo componat XII. solidos. Ecclesiæ uerò (sicut superius commemoratum est) XXXVI. solid. cõponat.

IIII

Si seruus hoc fecerit, & iussio domini sui hoc fuit, sicut dictum est, ita etiam obseruari debet.

V

Si uerò per se seruus hoc fecerit ex furto, similiter quo modo dictum est, adimplere debet. Nam si per uim hoc fecerit, non sicut de Libero compositio exigatur, sed uis seruilis componi debet, ut ipsum quod abstulit reddatur simpliciter, ita tamen, si statim quomodo inuentum fuerit, contradictio domini sui non fuerit, Nam si aliquam moram fecerit propter contradictionem domini sui, XII. solidi addantur. Si dominus ex hac re immunis fuerit, ut iussio eius non esset, IIII. solidi in fredum exigantur. Nam si iussio eius fuerit (sicut supra dictum est) ita componatur.

De Iuratoribus, quales esse debeant. Tit. VI.

Paragraph. I

De minoribus causis usque ad solidum ualentibus, licet unicuiq; qualem sacramentalem unum secum habere uult, in suo secum sacramento continere. Nam si duas [a] Saigas ualentem, aut supra solidum res ualuerit, tunc debet homo qui causam requirit, tres electos denominare, & ex denominatis tribus licentiam habet exculator reijcere duos, tertium uerò non liceat reijcere, sed ipsum secum in sacramento habere debet. Ita obseruandum est, usque ad tres solidos. & si supra tres solidos, iterũ duas Saigas ualentes. Si aliquis interpellatus fuerit, tũc qui causam prosecutus fuerit electionem faciat de coniuratoribus, unde excusator quales duos reijcere uoluerit potestatẽ habeat, & cũ duobus cõiuratoribus iuret. Iste ordo seruandus est usque ad VI. solidos. nam si duę saigę supersunt, tunc cũ quinque sua manu sexta iurare debet. Similiter cum electis, sicut dictum est, et duos in omnibus istis ordinibus reijcere licet. Ista uerò sacramenta sic debent fieri, ut illi coniuratores manus suas supra capsam ponant, & ille solus cui causa requiritur uerba tantum dicat, & super omnium manus manum suam ponat, ut sic eũ Deus adiuuet, uel illę reliquiæ, & illas manus quas comprehensas habet, ut de illa causa unde interpellatus est, culpabilis non sit.

† duas Saigas ualentes supra solidũ res ualuerunt de qua causa orta fuerunt.

† debent esse iurata.

De Liberis qui de Ecclesia aliquid furauerint. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis res Ecclesię furauerit, & cõuictus fuerit, ut soluatur unaquamq; rẽ quã furauit, tres [a] Nouigeldos soluat: aut seruum, aut ancillam, aut bouem aut caballum, aut qualecunq; animal, uel cæteras res quę ad Ecclesiam Dei pertinent. Si post furtum inuentus fuerit, ita soluat, ut superius scriptum est. Si autem negare uoluerit, secundum qualitatem pecunię ita iuret, cum suis sacramentalibus in ipso altare cui res furtiuas abstulit, coram Sacerdote uel ministro eius, quem Pastor Ecclæsiæ iusserit audire sacramentum.

De Liberis qui Seruum Ecclesię occiderint. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis seruum Ecclesiæ occiderit, in triplum componat, sicut solet. Et seruus Regis, ita soluatur, id est. LXV. solid.

II

Et si eum rapuerit contra legem & uendiderit extra prouinciam. triplíciter eum componat. Et si eũ furauerit aliquis, in capite semper consimilẽ restituat. Si ipsum inuenire non potuerit alius, autem medietatem in auro ualente medietatem cum quale pecunia habet soluat.

† soli. XII. in capitale restituat, aut cũ alio seruo q habeat XIIII. palmos cum pollice replicato & duos digitos in lõgitudinem & tres solid. in alio pretio supponat, qd sunt simul solidi XV.

De Colonis Ecclesiæ occisis. Tit. IX.

Paragraph. I

QVicunq; liberum Ecclesiæ (quem Colonum uocant) occiderit, sicut alij Alamanni, ita componatur.

De eo qui in curte Episcopi armatus ingreditur. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis in curtẽ Episcopi armatus contra legem intrauerit (quod Alemanni [a] haisterahanni dicunt) XVIII. solid. componat. Si infra domum intrauerit. XXX & VI. componat.

De eo qui in Presbyteri curtem armatus ingreditur.
Tit. XI.

Paragraph. 1

SI autem in presbytri curtem, qui in Parrochia positus est, ab Episcopo, contra legem armatus intrauerit, sicut superius diximus, sicut solet alijs liberis Alamannis componere ita Presbytero tripliciter componat. hoc est, XVIII. sol. & si in casam cum XXXVI solid.

De his qui Episcopo aliquam iniuriam fecerint. Tit. XII.

Paragraph. 1

SI quis Episcopo aliquā iniuriam fecerit, uel plagauerit, uel fustauerit, uel mancauerit, omnia tripliciter componantur, sicut cæteri parentes eius compositionem habebunt. Ac si melius dicamus, sicut & Ducem in omnibus eum componat. Et si occisus fuerit, sicut & illum Ducem, ita eum soluat, aut Regi aut Duci, aut ad Ecclesiam ubi Pastor fuit.

De his qui presbytero Parrochiano iniuriam intulerint. Tit. XIII.

Paragraph. 1

SI quis presbyterum Parrochianum iniuriauerit, aut fustauerit, aut mācauerit, uel qualemcunq; ei iniuriam intulerit, in triplum componat. Et si eum occiderit. DC. solid. eum soluat, aut ad Ecclesiam ubi seruiuit, aut ad Episcopū de cuius Parrochia fuit.

De his qui Diacono aliquam iniuriam fecerint. Tit. XIIII.

Paragraph. 1

SI quis Diacono qui Euangelium coram Eposcopo legit, & reuestitus ante altare officio fungitur, aliquam iniuriam fecerit, uel eum fustauerit, uel plagauerit, uel mancauerit, tripliciter componatur, & si eum occiderit CCCC. solidos componat.

De his qui Monacho aliquam iuiuriam intulerint. Tit. XV.

Paragraph. 1

MOnachus autem, qui sub regula in monasterio conuersatus fuerit, & ab aliquo aliquas iniurias sicut superius diximus, passus fuerit, ita ut Diaconus similiter componatur.

De his qui Clerico aliquam iniuriam fecerint. Tit. XVI.

Paragraph. 1

CLerici autem sicut cæteri parentes eorum, ita componantur. Si autem Clericus qui in gradu in Ecclesia publicam lectionem recitat, uel Gradale uel Alleluia Episcopo in publico cantauerit, aliquam iniuriam passus fuerit, sicut superius diximus, componatur, quomodo parentes eius componantur, & tertia pars super hæc addatur in compositione.

De Liberis qui ad Ecclesiam dimissi sunt, si occidantur.
Tit. XVII

Paragraph. 1

LIberi qui ad Ecclesiam dimissi sunt liberi, uel per kartam libertatem acceperunt si occidantur, LXXX solid. soluatur Ecclesię, uel filijs eius.

De Libe-

De Libera ancilla dimissa si postea seruo se coniunxerit & de Allemanna quæ seruo nupserit. Tit. XVIII.

Paragraph. I

SI ancilla Libera dimissa fuerit per Kartam, aut in Ecclesia, & post hæc seruo nupserit, ᵃ Ecclesiæ ancilla permaneat. Si autem libera Alamanna, seruo Ecclesię nupserit, & seruile opus ancillæ contradixerit, abscedat.

II

Si autem ibi filios uel filias generauerit, ipsi serui & ancillę permaneant, potestatem ad exeundum non habeant. Illa autem mater eorum, quando exire uoluerit ante tres annos, liberam potestatem habeat: si autem tres annos indurauerit opus ancillę, & parentes eius non exidoniauerint eam, ut libera fuisset, nec ante Ducē nec ante Comitē nec publico Mallo, trāsactis tribus. ᵃ Calen. Martias. Post hęc ancilla permaneat in perpetuum. Et qui ex ea nati fuerint, serui & ancillæ sint.

Vt nullus Laicus rem Ecclesiæ absque carta pręsumat possidere. Tit. XIX.

Paragraph. I

RES Ecclesię de laicis absque karta nullus pręsumat possidere, & si kartam non ostenderit, quod comparasset à Pastore Ecclesię, possessio semper ad Ecclesiam pertineat.

Vt Presbyter, res uel mancipia Ecclesiæ, potestatem uendendi nō habeat. Tit. XX.

Paragraph. I

NVllus Presbyter, nec aliquis Pastor Ecclesię potestatem habeat, uendendi ecclesiasticam terram, nisi contra aliam terram. Nec mancipium nisi alium mancipium receperit, et si ᵃ concambium fecerit, aut de mancipio aut de terra, semper epistolam firmitatis faciat, ut contentio non fiat, nec Ecclesia perdat quod legittimè possidere debeat.

De his qui Ecclesiæ seruum aut ancillam susceperit fugitiuos. Tit. XXI.

Paragraph. I

SI quis mancipium Ecclesię aut seruum aut ancillam fugitiuam susceperit, & post requisitionem, aut ipse Presbyter requirat, aut missus eius legitimus, & ille neglexerit reddere, & contra legem ante steterit, sicut solet aliis Allamannis componere, ita & tripliciter componat, & quicquid Ecclesiæ contra legem fecerit, omnia tripliciter componat, sicut lex habet.

Qualiter serui Ecclesiæ tributa soluere debeant. Tit. XXII.

Paragraph. I

SEruí em̄ Ecclesię, tributa sua legittimè reddāt. quindecim†, ᵃ siclas de Ceruisia porcum ualentem tremisse uno, panē † modia duo, pullos quinq;, oua uiginti. † siclas. † modos de os.

II

Ancillę autem opera imposita, sine neglecto faciant.

III

Serui ᵇ dimidium sibi, & dimidium in Dominico aratiuum reddāt, & si super hæc est, sicut serui Ecclesiastici, ita faciant, tres dies sibi, & tres in Dominico.

De seruis Ecclesiasticis, si ad Episcopum aut ad Iudicem suum uenire despexerint. XXIII.

Paragraph. I

LIberi autē Ecclesiastici (quos Colonos uocant) omnes sicut & coloni Regis, ita reddant ad Ecclesiam. Si quis legitime tributum antesteterit, per iussionē iudicis sui, sex solidis sit culpabilis, & opera quęque imposita ei fuerint, secundū mandatum, aut quomodo lex habet, si non adimpleuerit, sex solidis sit culpabilis.

II

Et si sigillum aut signum qualecumq; iudex per iussionē domini sui transmiserit, & eum uenire iusserit, aut ambulare in aliquam utilitatem, & ille neglexerit, sex solidis sit culpabilis. Si autem sigillum Episcopi neglexerit, aut ad ueniendum aut ad ambulandum ubi iusserit, duodecim solidis sit culpabilis.

Do eo qui mortem Ducis consiliatus fuerit. Tit. XXIIII.

Paragraph. I

SI aliquis homo, mortem Ducis consiliatus fuerit, & inde conuictus fuerit, aut uitam perdat, aut se redimat, sicut Dux aut princeps populi iudicauerint, & si iurare uoluerit cum duodecim nominatis iuret, in Ecclesia coram Duce, aut quem ille miserit.

De homine qui Gentem extraneam infra prouinciam inuitauerit. Tit. XXV

Paragraph. I

SI homo aliquis gentem extraneam infra Prouinciam inuitauerit, ut ibi prædā uastent hostiliter, uel domos incendant, & de hoc conuictus fuerit, aut uitam perdat, aut in exilium eat, ubi Dux miserit, & res eius infiscentur in publico.

De his qui in exercitu Litem commiserint. Tit. XXVI.

Paragraph. I

SI quis in exercitu litem commiserit, ita ut cum clamore populus concurrat cum armis, & ibi pugna orta fuerit, inter proprium exercitum, & aliqui ibi occisi fuerint, ipse homo qui hæc commisit, aut uitam perdat, aut in exilium eat, & res eius infiscentur in publico, & illi alij, qui ibi aliquid commiserunt, aut fecerunt, omnia sicut lex habet tripliciter soluant.

De his qui in exercitu aliquod furtum fecerint. Tit. XXVII.

Paragraph. I

SI quis in exercitu ubi Rex ordinauerit, aliquod furtum fecerit, nouem uicibus nouigeldos soluat, quicquid inuolatus fuerit. Si autem Dux exercitum ordinauerit, & in illo fisco aliquid furauerit, tres nouigeldos soluat, & si iurare uoluerit, secundum qualitatem pecuniæ iuret.

De eo qui sigillum aut mandatum Ducis neglexerit. Tit. XXVIII.

Paragraph. I

SI quis sigillum Ducis neglexerit, aut mādatum, uel signum qualecumq; quod mādauerit, duodecim solidis sit culpabilis, & si negare uoluerit, quod ad illum nuntius non peruenisset, cum quinque nominatis iuret, si ei sacramentum Domi nus prębere uoluerit.

Si au

II

Si autem sigillū Comitis neglexerit, uel mandatum, cū sex solid. componat.

III

Si autem Centurionis sigillum aut mandatum neglexerit, tribus solidis sit culpabilis, aut si negare uoluerit, quod ad illum nuntius non peruenisset, secundum quod debuit soluere, ita iuret.

De eo qui in curte Ducis hominem occiderit. Tit. XXIX.

Paragraph. I

SI quis in curte Ducis hominem occiderit, aut illic ambulantem, aut inde reuertentem, triplici vueregeldo eum soluat: propter hoc, quod præceptum Ducis transgressus est, ut unusquisq; homo pacem habeat ad dominum suum ueniendo, & de illo reuertendo, & nullus præsumat hominem de Duce uenientem, aut ad illū ambulantem in itinere inquietare, quamuis culpabilis sit Et si ita præsum pserit, quicquid ei fecerit, aut occiderit, aut ille uiuens euaserit, aut plagatus fuerit, semper tripliciter componat.

II

Et si ad Comitem perrexit, & ibi uel occisus, uel plagatus fuerit, ille qui hoc fecit, omnia tripliciter componat.

De eo qui Missum Ducis infra prouinciam occiderit Tit. XXX.

Paragraph. I

SI quis, Missum Ducis, infra prouinciam occiderit, tripliciter eum soluat, sicut lex habet, si negare uoluerit quod non fecisset, sicut lex habet ita iuret, cum XII. nominatis, & alijs XII. electis.

De eo qui in curte Regis furtum commiserit. Tit. XXXI.

Paragraph. I

SI quis in curte Regis furtum alicui fecerit, dupliciter cōponat cui furtum fecit, & LX solid. pro fredo in publico soluat. Si seruus alienus hoc in curte Ducis fecerit, dominus eius aut redimat eum quantum ualet, aut ipsum reddat.

De eo qui res Ducis furauerit. Tit. XXXII.

Paragraph. I

SI quis de rebus, quæ ad Ducem pertinent aliquid furatus fuerit, ter nouigeldos componat, & ibi fredum non reddat, quia res Dominicæ sunt, & tripliciter componuntur.

De Fœminis quę in ministerio Ducis sunt. Tit. XXXIII.

Paragraph. I

SI Fœminis quæ in ministerio Ducis sunt, aliquid contra legem factum fuerit, qui hoc fecerit, omnia tripliciter eis componat, quod alijs Allamannorum fœminis simpliciter componere debeat.

De eo qui in curte Ducis seditionem mouet. Tit. XXXIIII

Paragraph. I

SI quis in curte Ducis pugnam commiserit, & ibi clamor ortus fuerit per eius cōmissum, quicquid ibi factū fuerit per concursum, ei imputetur. Qualiscunq;

ante homo egerit, aut aliquid neglexerit, aut contra legem fecerit, illud omne tripliciter componat. Ille autem, cuius opera uel uoce hæc contentio acta fuerit LX. solid. in publico componat.

De eo qui præsumpserit infra prouinciam res Ducis hostiliter inuadere. Tit. XXXV.

Paragrahp. 1

† tollere
† tablatum

SI quis præsumpserit, infra prouinciam, hostiliter res Ducis inuadere, et ipsa, † talare, & post hæc conuictus fuerit, quicquid ibi † tallatum fuit, mancipia, pecunia, omnia tripliciter restituat, & insuper vueregeldum suum Duci cōponat, q̃a cōtra legē fecit & quāti liberi illū sunt secuti, & ibi raptores fuerint, unusquisq; LX. sol. Duci cōponat, & quicquid ibidē tulit, semper tripliciter restituat.

De filio Ducis qui contra patrem suum surrexerit. Tit. XXXVI.

Paragraph. 1

SI quis Dux habet filium contumacem, & malum, qui rebellare conetur contra ipsum, per stultitiam suam, uel per consilium malorum hominum, qui uolunt dissipare prouinciam, & hostiliter surrexerit contra patrem suum, dum adhuc pater eius potens est, & utilitatem regis potest facere, id est, exercitum gubernare, equum ascendere, utilitatem regis implere, & filius eius eum uult † a dishonorare, aut per raptum Regnum eius possidere, non obtineat quod inchoauit. & si pater eius eum uicerit, & adprehendere potuerit, in sua sit potestate, aut b exiliet eum de prouincia, aut ubicunq; transmittat eum, aut Regi domino suo. & de hæreditate paterna amplius ad eum nihil pertineat. quia illicitam rem cōtra patrem suum fecit. & si fratres habuerit, ipsi fratres inter se per uoluntatem Regis diuidant hæreditatem patris eorum, illi autem qui rebellauit contra patrem suum, non dent portionem inter ipsos. Et si amplius non fuerint, nisi ille unus, qui rebellauit, tunc illa hęreditas, quam ille Dux habuit, post mortem eius in potestate Regis sit, cui uult donet. Aut illi filio Ducis qui rebellauit, si potuerit per seruitium hoc ad pedes Regis conquirere, aut si alij uult dare, in sua sit potestate.

† in honorare

De Conuentu, ut secundum antiquam consuetudinem fiat. Tit. XXXVII.

Paragraph. 1

COnuentus autem secundum consuetudinem antiquam fiat, in omni a Centena coram Comite aut suo misso, & coram Centenario ipsum placitum fiat. De sabbato in sabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius uoluerit, à septem in septem noctes, quando pax parua est in prouincia.

II

Quando autem melior, post XIIII. noctes fiat conuentus, in omni Centena, sicut superius diximus.

III

Et si quis alium mallare uult, de qualicunq; causa, in ipso mallo publico debet mallare, ante iudicem suum, ut ille iudex eum distringat secūdum legem, & cum iustitia respondeat uicino suo.

IIII

Aut qualiscunq; persona eum mallare uoluerit, in uno enim placito mallet causam suam: in secundo, si uult iurare iuret, secundum constitutam legem. & in primo mallo spondeat sacramentales, & fideiussores prębeat, sicut lex habet, & vuadium suum donet misso Comitis, uel illo Centenario qui pręest, ut in cōstituto die, aut legitimè iuret, aut si culpabilis est, componat. ut per neglectum non ęuadat, & si euaserit, LX. solid. de fredo sit semper culpabilis.

Ille

V

Ille autem distringat, ut neglectum non fiat, nec pauperes patiantur iniuriã. Nec sint sine lege, nec maledicãt Ducem, nec populũ terræ: sed in omnib. sit disciplina, ut qui rebelles sunt de malis se abstineant, et qui boni sunt, pacẽ possideãt

VI.

Si quis autem liber, ad ipsum placitũ neglexerit uenire, uel semetipsum non præsentauerit, aut Comiti aut Cẽtenario, aut Misso Comitis in placito. xii. solid. sit culpabilis, qualiscunq; persona sit, aut Vassus Ducis, aut Comitis, aut qualiscũq; persona, nemo negligat ad ipsum placitum uenire, ut in ipso placito pauperes conclament causas suas.

VII

Et quod in uno placito finiri non potuerit, in alio finiatur, ut sine ira Dei, sic defensa patria, & illi rebelles qui usq; modò raptum fecerũt, amplius potestatem faciendi non habeant. Et si est talis persona, quam Comes in placito, uel Centenarius, uel Missus Comitis distringere non potest, tunc eum Dux legitimè distringat, plusque quærat Deo placere, quàm homini, ut nullum neglectum in animã Ducis requiratur.

De Mancipijs ne foris prouincia uendantur. Tit. XXXVIII.

Paragraph. I

Mancipia foris prouincia, nemo uendat, nec in Paganos nec in Christianos nisi iussio Ducis fuerit. Infra prouinciam ubi necessitas est, unusquisq; de mancipio suo potestatem habeat, secundum legem iudicandi.

II

Foris terminum autem † captiuum faciẽdi potestatem non habeat, si autem fecerit, & conuictus fuerit, post conuentum nostrum quod complacuit cunctis Allamãnis, et aliquis hoc præceptum transgredere uoluerit, illud pretium quod tulit de proprio suo mancipio, perdat, & insuper fredũ quẽ lex habet componat. † uendendi.

De eo qui die Dominico opera seruilia fecerit. Tit. XXXIX.

Paragraph. I

Die Dominico nemo opera seruilia præsumat facere, quia hoc lex prohibuit, & sacra scriptura in omnibus contradicit. Si quis seruus in hoc uitio inuentus fuerit, uapulet fustibus, liber autem corripiatur usq; ad tertiam uicem: si autem post tertiam correptionem, in hoc uitio inuentus fuerit, & Deo uacare, die Dominico neglexerit, & opera seruilia fecerit, tunc tertiam partem de hæreditate perdat.

II

Si autem super hæc inuentus fuerit, ut diei Dominico honorem non impendat, & opera seruilia fecerit, tunc coactus et conuictus, coram Comite, ubi tunc Dux ordinauerit, in seruitium tradatur, & qui noluit Deo uacare, in sempiternũ seruus permaneat.

De illicitis Nuptijs Tit. XL.

Paragraph. I

Nuptias prohibemus incestas, itaq; uxorem habere non liceat socrum, nurum, priuignam, nouercam, filiam fratris, filiam sororis, fratris uxorem, uxoris sororẽ. Filij fratrum, filij sororũ, inter se nulla præsumptione iungãtur.

II

Si quis contra hoc fecerit, à locis Iudicib. separetur, & omnes facultates amittat, quas Fiscus adquirat. Si minores personæ sunt, quæ se illicita cõiunctione polluerunt, careant libertate, seruis fiscalibus adgregandæ sunt.

De pa-

De Patricidijs & Fratricidijs. Tit. XLI.

Paragraph. I

SI quis homo uolens occidere patrem suum, aut patruum suum, aut fratrem suum, aut Auunculum suum, aut filium fratris sui, aut filium auunculi sui, aut matrem suam aut sororem suam, cognoscat se contra Deum egisse, & secundum iussionem Dei, fraternitatem non custodisse, & in Deum grauiter deliquisse, & coram omnibus parentibus eius res eius infiscentur, & nihil ad hæredes eius pertineat amplius: Pœnitentiam autem secundum Canones agat.

Vt nullus causam audire præsumat, nisi qui à Duce constitutus est. Tit. XLII.

Paragraph. I

NVllus causas audire præsumat, nisi qui à duce per conuentionē populi Iudex constitutus est, ut causas iudicet. Qui nec mentiosus, nec periurator, nec munerum acceptor sit, sed causas secundum legem ueraciter iudicet, sine acceptione personarum, & timens Deum sit, & si iustum iudicauerit, credat se apud Deum mercedem recipere, & laudem apud hominibus bonam possidere.

II

Si autem per cupiditatem, aut per inuidiam alicuius, aut per timorem, contra legem iudicauerit, cognoscat se deliquisse, & XII solid. sit culpabilis cui iniustè iudicauit, & quod per illum damnum passus est iniustè ille Iudex restituat ei.

III

Si autem ille, qui iudicium audire debet illius qui ad iudicandum cōstitutus est, iudicium contemnit, dum ille iustè iudicauerit, & dedignet eum audire, & spernit eum, & arguit coram alijs, & dicet, Non rectè iudicas, dum ille rectè iudicat, & si hoc ab alijs iudicibus inquisitum fuerit, quod ille iustè iudicauit, ille contemptor, qui iudici iniuriam fecit, soluat XII solid. iudici illo, & post hęc non contemnat audire iustū iudicium, quia sic conuenit Duci, & omni populo in publico consilio.

De eo qui sæpe interpellatus ante Ducem de qualicumque euidēti causa & cōuictus fuerit ne ad iuramentum permittatur Tit. XLIII.

Paragraph. I

SI quis interpellatus ante Ducem de qualicunque causa, quod iam manifestum est, tribus uel quatuor testibus, aut de homicidio, aut de furto, aut de aliquo neglectu, quod illi testantur, qui boni testimonij sunt in plebe, nec periuratores, nec fallaces, nec pecuniarū acceptores, sed ueritatem uolūt dicere, cognoscat hoc iudex, quod tunc licentiam ille homo, qui mallatur, ante eum, de causa illa potestatem iurandi non habeat, sed sicut lex habet, in hoc iudicio persoluat, ut propter suam nequitiam, alij qui uolūt Dei esse, non se periurent, nec propter culpam alienam, semetipsos perdant.

II

Testis enim, qui iam conuictus fuit, quod mendacium semel, aut bis, aut ter testificatus sit, amplius ad testimonium non recipiatur.

Vt scriptura non ualeat in qua Annus et dies non ostenditur. Tit. XLIIII.

Paragraph. I

SCriptura non ualeat, nisi in qua annus & dies euidenter ostenditur.

De Libero qui alteri Libero crimen mortale inposuerit. Tit. XLV.

Paragraph. I

SI qs Liber Libero crimē aliqd' mortale imposuerit, & ad Regē, aut ad Ducē eū accu-

accusauerit, & inde probata res non est, nisi quod ipse dicit, liceat illi alio cui crimen imposuit, cum tracta spata, se idoneare contra illum alium.

II

De minoribus autem culpis sicut Duci placet, ita fiet inter eos.

De Rixis quæ sæpe fieri solent in populo. Tit. XLVI.

Paragraph. I

SI quæ rixa orta fuerit inter duos homines, aut in placito, aut in cāpo, & unus alium occiderit, & postea fugit ille, qui occidit, & illum parentes occisi sequuntur usq; in domum suam cum armis, & infra domū percussorem occiderint, cum uno vueregeldo soluant eum.

II

Si autem in campo ubi prius pugna orta fuit, ibi restant super mortuū suum & non sunt secuti in domū, & postea mittunt in uicinio, & congregant pares, & pausant arma sua losum, & postea hostiliter sequūtur eum in domo, & si eum occiderint, nouem vueregildos componant.

De Libero qui Liberū extra terminos uēdiderit Tit. XLVII.

Paragraph. I

SI quis Liber Liberū extra terminos uendiderit, reuocet eum infra prouinciam, & restituat eum libertati, & XL. solid. componat.

II

Si aūt reuocare eum non poterit, cum vueregildo eum parentibus soluat, id est, * LXXX. sol. si hæredem dereliquit, si autem hęredem non reliquit, cum CC. solid. componat. *bis LXXX.

De eo qui Fœminā ingenuā extra marcā uendiderit. Tit. XLVIII.

Paragraph. I

SI quis fœminam liberam extra marcam uendiderit, reuocet eam ad pristinam libertatem & LXXX. solid. componat. Si autem reuocare non potest, cum CCCC. solid. componat.

De Libero qui Liberum hominem, uel fœminam liberam infra prouinciam uendiderit. Tit. XLIX.

Paragraph. I

SI quis Liberum infra prouinciam uendiderit, reuocet eum in pristinam libertatem, & cum XII. solid. componat.

II

Si autem fœminam liberam infra prouinciam uendiderit, reuocet eam ad pristinam libertatem, & cum XXIIII. solid. componat.

De eo qui Hominem occiderit, & eum mortuum fecerit. Tit. L.

Paragraph. I

SI quis hominem liberum occiderit, quod Alemanni Morttudo dicunt, IX. vueregildos soluat, & quicquid super eum uel arma, uel [b]rauba tulit, omnia sicut furtiua componat.

II

De fœminis autem si ita contigerit, dupliciter componat, id est, XVIII. vueregildos. Vestimenta aut quæ super eam tulit, uelut furtiua componat.

De eo qui Liberum de terra effodierit. Tit. LI.

Paragraph. I

SI quis Liberum de terra effodierit, quicquid ibi tulerit, nouem geldos restituat, XL. solid. componat.

Fœminam

II

Fœminam autem cum LXXX. solid. componat, si eam effoderit. Res aũt quas tulerit, sicut furtiua componat.

III

Si seruum effoderit de terra, cum XII. solid. componat. Et ancillam similiter.

De Libero qui alterius uxorem tulerit. Tit. LII.

Paragraph. I

SI quis liber, uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam, & cum LXXX. solid. componat, si autem reddere noluerit, cum CCCC. solid. componat, & hoc si maritus prior uoluerit, & si antea mortua fuerit, quàm maritus eam quęsierit, cũ CCCC. solid. componat.

II

Si autem ille raptor qui eam accipit sibi uxorem, ex ea filios aut filias, anteq̃ soluat habuerit, & ille filius mortuus fuerit aut illa filia, illi pristino marito, illum filium cum vueregeldo soluat. Si autẽ uiui sunt, non sunt illius qui eos genuit, sed ad illum priorem maritum [a] mundio per teneat.

De eo qui Sponsam alterius accipit. Tit. LIII.

Paragraph. I

SI quis sponsam alterius contra legem acceperit, reddat eam, & cum CC. solid. componat. Si autem reddere noluerit, soluat eam cum CCCC. sol. etiam si mortua fuerit sub eo.

De eo qui Sponsam suam dimiserit, & aliam duxerit. Tit. LIIII.

Paragraph. I

SI quis filiam alienam desponsatam dimiserit, & aliam duxerit, componat eam quod desponsauit & dimisit, cum XL. sol. Et cum XII. sacramentalibus iuret, cum V. nominatis, & VII. aduocatis, ut pro nullo uitio, nec tentatam eam habuisset, nec uitium in illa inuenisset, sed amor de alia eum adduxit, ut illam dimisisset, & aliam habuisset uxorem.

De eo qui Filiam alienam non desponsatam acceperit. Tit. LV.

Paragraph. I

SI quis filiam alterius non desponsatam acceperit sibi uxorem, si pater eius eam requirit, reddat eam, & cum XL. solid. componat.

II

Si autem ipsa fœmina sub illo uiro mortua fuerit, anteq̃ illi [a] mundium apud patrem adquirat, soluat eam patri eius CCCC. solid. Et si filios aut filias genuit, ante mundium, & omnes mortui fuerint, unumquemq; cum vueregeldo suo componat patri fœminæ.

De Vxore mortuo marito sine filijs relicta. Tit. LVI.

Paragraph. I

SI quis liber mortuus fuerit, & relinquit uxorem sine filijs aut filiabus, & de illa hæreditate exire uoluerit, nubere sibi alio coæquali, sequatur eam † dos legitima, & quicquid parentes eius legitimè placuerit, & quicquid de sede † paterna secum attulit, omnia in potestate habeat auferendi, quod non manducauit, aut nõ uendidit. [b] Dotis enim legitima † XL. solid. constat, aut in auro, aut in argento, aut in mancipijs, aut in qualicunq; re, quam habet ad dandum.

† a dotis

† paterna

† CCCC.

De eo

De eo qui proximi sui defuncti Vxori sine filijs relictę, dotem contradixerit. Tit. LVII.

Paragraph. I

SI autem proximus mariti defuncti, contradicere ipsam dotem illi mulieri uoluerit, quod lex non est, illa sequatur cum sacramento, cum nominatis v. aut cũ spata tracta, pugna sit duorum, si potest adquirere, aut per sacramentum, aut per pugnam.

II

Illa pecunia post mortem mulieris, retro nunquam reuertatur, sed ille sequens maritus, aut filij eius, usq; in sempiternum possideant.

III

Si autem ipsa fœmina dixerit: Maritus meus dedit mihi Morganghcba, com putat quantum ualet, aut in auro, aut in argento, aut in mancipijs, aut in equo pecuniam XII. solid. ualentem. Tunc liceat illi mulieri iurare per a pectus suum, & di cat: Quod maritus meus mihi dedit in potestatem, & ego possidere debeo. Hoc dicunt Alemanni † b Nasthait †Nachschait

De hæreditate duarum Sororum, quæ absq; fratribus post mortem patris relictæ sunt. Tit. LVIII.

Paragraph. I

SI autem duæ sorores absq; fratre relictæ, post mortem patris fuerint, ad ipsas hæreditas † paterna pertingat, & una nupserit sibi coæquali libero: alia autem nupserit aut colono Regis, aut colono Ecclesię: illa, qui illo libero nupsit, sibi coęqua li teneat terram patris eorum, res autem alias æqualiter diuidant. Illa enim quæ illo colono nupsit, non intret in portionem terræ, quia sibi coæquali non nupsit. † paternica

De eo qui Mulierem in itinere uadentem denudauerit, aut cum ea mœchauerit. Tit. LIX.

Paragraph. I

SI quæ libera fœmina uirgo uadit in itinere suo, inter duas uillas, & obuiauit† eã aliquis, & per raptum denudat caput eius, cum VI. solid. componat. Et si illam denudauerit, ut genitalia eius appareant, uel posteriora, cum XII. sol. componat. †ei

II

Si autem cum ea fornicauerit, contra uoluntatem eius, componat solid. XL.

III

Si autem mulieri hæc fecerit, omnia dupliciter componat, sicut ante diximus de Virgine.

De eo qui alium percusserit, aut uulnerauerit Tit. LX.

Paragraph. I

SI quis alium per iram percusserit, quod Alemanni a pulislach dicunt, cum uno solid. componat.

II

Si aũt sanguinem fuderit, sic ut terram tangat, componat solido uno & semi.

III

Si enim percusserit eum, ut testa appareat, & radatur, cum tribus solid. componat.

IIII

Si autem de capite os fractũ tulerit de plaga, ita ut super publica uia lata XXIIII. pedes in scuto sonauerit illud os, cum VI. solid. componat.

V

Si autem ipsum os Medicus perdit, & non potest eum præsentare, tunc duos

testes adhibeat, qui hoc uidissent, quod de illa plaga os tulisset: aut ille medicus hoc cõprobet, quod uerum fuisset, quod de ipsa plaga os tulisset.

III

Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut [b] ceruella appareant, ut medicus cũ [c] pinna, aut cum [d] fanone ceruella tetigit, cum XII. solid. cõponat.

IIII

Si autem ex ipsa plaga ceruella exierint, sicut solet cõtingere, ut medicus cũ medicamento, aut serico [e] stuppauit, & postea sanauit, & hoc probatum fuerit quod uerum est, cum XL. solid. conponat.

De eo qui alteri Aurem absciderit. Tit. LXI.

Paragraph. I

SI quis alterius aurem absciderit, & non exsurdauerit, XII. solid. componat.

II

Si autem sic absciderit profundè ut eum exsurdauerit, XL. solid. componat.

III

Si enim medietatem auris absciderit, quod [a] orscardi Alamanni dicunt, cum VI. solid. componat.

De eo qui Palpebras alterius maculauerit. Tit. LXII.

Paragraph. I

SI enim superior palpebra maculata fuerit, ut claudi non posit cum VI. solid. componat.

II

Si enim [a] subterior maculata fuerit, ut lacrimas continere non posit, cũ XII. solid. componat.

III

Si eñ uisus tactus fuerit in oculo, ita ut quasi uitrũ remaneat, XX. solid. comp.

IIII

Si autem ipse uisus foris exijt, & [b] milus XL. solid. componat.

† melius milium

De Nare transpuncta. Tit. LXIII.

Paragraph. I

SI enim nasus transpũctus fuerit, cum VI. solidis componat.

II

Si enim summitas nasi, ut muccus contineri nõ posit, abscisus fuerit, cũ XII. solid. componat.

III

Si autem totus, [a] presso abscisus fuerit, cum XL. solid. componat.

De Labijs maculatis. Tit. LXIIII.

Paragraph. I

SI enim labium superius alicuius maculauerit, Ita ut dentes appareant, cum VI. solid. componat.

II

† salinam.

Si subterius ut salibum continere non posit, cum XII. solid. cõponat.

III

Si enim aliquis alio uno ictu duos dentes superiores excusserit, primos, cum VI solid. componat.

IIII

Et si quemuis unum de ipsis duobus excusserit, cum VI. solid. componat.

V

Si autem dẽtem absciderit (quem [a] marchzan dicunt Alamanni) cũ III solid. componat.

VI

De alijs uerò, qualẽcunq; excusserit, unumquemq; cũ uno solid. componat.

De

VII

De subterioribus uerò duobus primis, si alicui excusserit, cum XII. solid. cōponat. si uno ictu fecerit, si autem unum ex ipsis excusserit duobus ictibus, cum XII. solid. componat.

De Lingua abscissa & de uulneribus in facie factis. Tit. LXVI.

Paragraph. I

SI autem lingua tota abscissa fuerit, XL. solid. componat

II

Si autem media, ut aliquid intelligatur, q a loquitur, cum XX. sol. componat.

III

Si autem aliqua plaga in facie alicuius facta fuerit, quam capilli uel barba nō cooperiant, VI. solid. componat

IIII

Si autem collus transpunctus fuerit, cum VI. solid. componat.

De eo qui alium contra legem tunderit & de diuersis uulneribus. Tit. LXVI.

Paragraph. I

SI quis alij cōtra legē † tutunderit caput liberū, nō uolentis, cum XII sol. comp. † totonderit tundent.

II

Si enim barbam alicuius tunderit nolentis, cum VI. solid. componat.

III

Si quis alio brachium super cubitū transpunxerit, cum VI. solid. componat.

IIII

Si autem cubitum transpunxerit, cum tribus solid. componat.

V

Si manum transpunxerit, ita ut a focus non intret ad coquendum uenas, uel sanguinem b stagnandum solid. unum & sem. componat.

VI

Si autem ferrum calidum intrauerit ad stagnandum sanguinem. cum tribus solid. comp.

VII

Si enim brachium fregerit, ita ut pellem non rumpat, (quod Alamanni c Palbepruft dicunt) ante cubitum, cum tribus solid. componat.

VIII

Si autem supra cubitum hoc contigerit. cum VI. solidis componat.

IX

Si enim in cubito percussus fuerit, ita ut portare nō posit, nec ad os manum mittere, cum XII. solidis componat.

X

Si enim totum brachium mancum fuerit, ut nihil cum eo facere posit, componat. cum XX. solidis.

XI

Si autem à cubitu absciderit, XL. solidis componat.

XII

Si autem ab scapula abscissus fuerit cum LXXX. solid. componat.

XIII

Si enim summitatem pollicis absciderit, cum VII. solid. componat.

XIIII

Si autem totum, cum XII. solid. componat.

XV

Si autem proximum pollici, primo nodo absciderit, duos solid. & semiss.

XVI

Si enim in secundo nodo absciderit. v. solid.

XVII

Si totum absciderit à palma, cum x. solid. componat.

XVIII

Si longissimus digitus abscissus fuerit, à primo nodo solid. unū & sem̄ comp.

XIX

Si enim secundo nodo, cum tribus solid. componat.

XX

Si totus à palma abscissus fuerit, cum VI. solid. componat.

XXI

Si enim digitus annularis à primo nodo abscissus fuerit, duos solid. si in secundo nodo quatuor, si totus. VIII.

XXII

Ille minimus digitus, ita soluatur ut pollex.

XXIII

Si quis autem longissimum digitum sic plagauerit, ut mancus sit, ita ut complicare non posit, aut scutum prendere, aut arma in terra per illum recipere, XII. solid. componat.

XXIIII

Si autem in latus punctus fuerit, ita ut interiora membra non contingat, cū VI. solid. componat.

XXV

Si aūt interiora mēbra uulneratus fuerit, quę hrefuunt dicunt, cū XII. sol. cōp.

XXVI

Si autem transpunctus fuerit, cum XXIIII. solid. componat.

XXVII

Si autē in testinis maculatus fuerit, ut stercora exeant XL. solid. componat.

XXVIII

Si aliquis alio genitalia tota absciderit, XL. solid. componat.

XXIX

Si autem castrauerit, ita ut uirilia non tollat, cum XX. solid. componat.

XXX

Si quis alio ambas coxas uno ictu tranpsunxerit, cum XII. solid. componat.

XXXI

Si autem duabus uicibus similiter.

XXXII

Si quis in genuculo transpunctus fuerit, aut plagatus, ita ut claudus permaneat, ut pes eius ros tangat (quod Alamanni taudragil dicunt) cū XII. sol. comp.

XXXIII

Si tibia subtus genuculo transpuncta fuerit, cum tribus solid. componat.

XXXIIII

Si autem articulus prior abscissus fuerit, cum VI. solid. cōponat. Illi autem alij articuli si abcisi fuerint toti; unusquisq; cum III. solid. componat.

XXXV

Si totum pedem absciderit, cū XL. solid. si à genuculo abscissus fuerit, L. solid. componat. si autem à coxa sursum abscissa fuerit, & inde uixerit LXXX. solidis componat.

XXXVI

Si autem aliquis alio herniam expresserit, cum III. solid. componat.

De

De eo qui alteri uiam contradixerit. Tit. LXVII.

Paragraph. I

SI quis liber libero, in uia manus iniecerit, & contra legem ei uiam contradixerit, aut aliquid ei tollere uoluerit, cum VI. solid. componat

De eo qui alterum de caballo iactauerit. Tit. LXVIII.

Paragraph. I

SI quis liber liberũ in uia de caballo iactauerit, & ei tulerit, & nõ statim eũ reddit, in ipso loco, addat ei cõsimilem, & XII. solid.

II

Hæc omnis cõpositio, quam uiris iudicauimus, fœminis eorum omnia dupliciter componãtur.

De Libero qui liberum occiderit. Tit. LXIX.

Paragraph. I

SI quis autem liber liberum occiderit, componat eum bis LXXX. solid. filijs suis. si autem filios non reliquit, nec hæredes habuit, soluat CC. solid. fœminas autẽ eorum semper in duplum componat.

II

[a] Medius uerò Alamãnus, si occisus fuerit, CC. solid. soluat eum parentibus, qui eum occiderit.

De eo qui alterius [a] ammissarium furauerit. Tit. LXX.

Paragraph. I

SI quis alicuius admissarium inuolauerit, ille cuius est, debet probare, quantum ualet. Si enim dicit, quod XII. solid. ualeat, cum duobus iuret, quod sic ualeat. postea soluat ille fur talem, qualẽ ille iurauerit in caput, & illos alios octo geldos soluat, medietatem in auro ualente pecunia, medietatem autem qualem inuenire potuerit pecuniam. & si ille talem equum inuolauerit, quem Alamanni [b] Marach dicunt, sic eum soluat, sicut & illum ammassarium.

De eo qui alterius caballum inuolauerit. Tit. LXXI.

Paragraph. I

SI quis alicui caballum inuolauerit, & pretiet eum dominus eius cum sacramẽto, usque ad VI. solid. si tantum ualet, aut plus, aut minus quantum ille cum sacramento adpretiauerit, in caput tantũ restituat fur. Nouem ẽm geldus in quali pecunia habet. Iumẽtum tribus solid. adpretiet. si tantum ualet, aut minus.

II

Si equo quem Marach dicunt, oculum excussetit, aut eum excurtauerit, cũ tribus solid. componat.

III

Illi alio caballo mediano, si oculum excusserit, solid. unum & sem̃. componat. & si eum excurtauerit similiter componat.

IIII

Si enim iumento oculum excusserit, medium solid. & si eum excurtauerit ita faciet.

De eo qui equum plagauerit, dum hominem plagare uoluerit. Tit. LXXII.

Paragraph. I

SI quis homo, in equo suo caballicauerit, & aliquis eum super ipsum plagare uoluerit, & dum illum plagare uoluerit, caballum eius plagauerit, ita plagam

caballi componat. quemadmodum componere debuit, si dominum eius placasset.

De eo qui in troppo de iumentis ductricem inuolauerit.
Tit. LXXIII.

Paragraph. I

SI enim in [a] troppo, de iumentis illam ductricem aliquis inuolauerit, liceat eã domino eius adpretiare XII. solid. & quicquid ille adpretiauerit, ille fur furtiuum reddat nouemgeldos.

II

Alia autem iumenta de grege, quæ lactantes sunt, cum VI. solid. componat.

III

Alia autem, quæ adhuc pregna non fuerunt, III. solid. sint adpretiata.

De eo qui pregnum iumentum ferierit, & abortiuum fecerit.
Tit. LXXIIII.

Paragraph. I

SI autem aliquis homo, ictu ferierit pregnum iumentum, & abortiuum fecerit ita ut [a] iectat ipsum poledrum mortuum, I. solid. componat.

Qualiter iumenta quę messem læserint, includantur. Tit. LXXV.

Paragraph. I

SI quis gregem iumentorum ad pignus tulerit, & incluserit contra legem, cum XII. solid. componat, & demittat, & usque ad annũ integrum, habeat eas in cura qui illos pignorauit. & si aliquid de ipso grege, in ipso anno perdiderit, ille qui pignus tulit, similem restituat.

II

Si autem ipse grex iumentorum damnum fecerit, aut in prato, aut in messe foris minatur, & dicatur domino eius, ut ueniat uidere, quale damnum fecit, & quantum æstimauerit arbitrio, aut firmare ausus fuerit, quod tantum damnum fecisset, tantum dominus iumentorum restituat. si uerò pastorẽ illorum iumentorũ aliquis occiderit, componat eum solid. XL.

De eo qui Taurum gregem regentem inuolauerit aut occiderit.
Tit. LXXVI.

Paragraph. I

SI quis in [a] Vaccaritia legitima, ubi sunt XII. uaccæ uel amplius, Taurum ex ea inuolauerit, uel occiderit, III. solid. eum soluat. aut qualecunque armentum de ipsa uaccaritia inuolatus fuerit, secundum qualitatem eum soluat. illam optimam uaccam IIII. tremissis licet adpretiare. illam aliã [b] sequenterianam solid. I. illa minuta animalia, secundum arbitrium adpretientur, & ita soluantur secundum quod lex habet.

De eo cui Mortaudus imputatur. Tit. LXXVII.

Paragraph. I

SI cui, Mortaudus imponitur, siue sit baro siue fœmina, qui qualis fuerit, secundum legitimum uueregeldum soluatur, aut cum XXIIII. tot electos, aut cũ LXXX. quales inuenire potuerit, iuret.

De eo

De eo qui grauidæ mulieri natum interfecerit. Tit. LXXVIII.

Paragraph. I

Si qua mulier grauida fuerit, & per factũ alterius infans natus mortuus fuerit, aut si uiuus natus fuerit, & VIII. dies non uiuit, cui imputatum fuerit. XL. solid. soluat, aut cum XII. medijs electis iuret.

De pretio bouis. Tit. LXXIX.

Paragraph. I

Optimus bos. V. tremissos ualet. Medianus IIII. tremissos ualet. Minor sicut ad pretiatus fuerit. Qui de ipsis aliquẽ inuolauerit, sicut lex habet ita cõponat

De eo qui pastores uel artifices occiderit. Tit. LXXX.

Paragraph. I

Si pastor porcorum, qui habet in grege XL. porcos, & habet canem doctum, & cornu, & [a] iuniorem, occisus fuerit, XL. solid. componatur.

II

Legitimus pastor ouiũ, si LXXX. capita in grege habet domini sui, & occisus fuerit, cum XL. solid. componatur.

III

Si alicuius [b] Siniscalcus, qui seruus est, & dominus eius XII. [c] Vassus infra domum habet, occisus fuerit, XL. solid. componatur.

IIII

Si Mariscalcus, qui super XII. caballos est occiditur, XL. solid. componatur.

V

Similiter faber aurifex, aut spatarius, qui publicè probati sunt, si occidantur XL. solid. componantur.

VI

Si cocus qui iuniorem habet occiditur, XL. solid. componatur.

VII

Si Pistorem similiter.

De eo qui cum ancilla uestiaria & genetiaria concubuerit.

Tit. LXXXI.

Paragraph. I

Si quis cum alicuius ancilla uestiaria concubuerit, contra uoluntatem eius, cũ VI. solid. componat.

II

Et si cum puella de [a] genetio concubuerit aliquis, contra uoluntatem eius, cum VI. solid. componat.

III

Si quis cum aliqua ex illis alijs de genetio, contra uoluntatem concubuerit, cum tribus solid. componatur.

De eo qui incendium super alium in nocte miserit. Tit. LXXXII.

Paragraph. I

Si quis super aliquem, focum in nocte miserit, ut domum eius incendat, seu & salam suam, & inuentus & probatus fuerit, omne quod ibidem arsit, simile restituat. & super hæc XL. solid. componat.

II

Si enim domum infra curtem incenderit, aut [a] scuriam, aut [b] † graneam, uel cellaria, omnia similia restituat, & cum XII. solid. componat. † granarium

III

Si quis [c] stubã, ouile, porcaritiam domum concremauerit, unamquamque cum III. solid. componat. & similem restituat ei.

IIII

Si serui domum incenderit, cum XII. solid. componat, & similem ei restituat.

V

Si scuriam, uel graneam serui incenderit, cum VI. solid. componat.

VI

Et similem restituat.

VII

Si enim spicarium serui incẽderit, cum III. solid. componat. & si domino cum VI. & similem restituat.

De canibus Seusibus uel Altis furatis aut occisis. Tit. LXXXIII.

Paragraph. I

SI quis canem Seusiũ primũ, cursalem qui primus currit, inuolauerit solid. VI. componat. qui secundum cum solid III. componat.

II

Qui illum ductorem, qui hominem sequentem ducit, quod ª Laiti hunt dicunt furauerit. XII. solid. componat.

III

Bonum canem porcaricium, ursaricium, uel qui uaccam & taurum prẽdit, si occiderit aliquis, cum tribus solid. componat.

IIII

Si ᵇ Veltrum leporalem probatum aliquis occiderit, cum III. solid. cõponat.

V

Si quis canem pastoralem qui lupũ mordit. & pecus ex eius ore tollit, & ad clamorem ad aliam uel ad tertiam uillam currit, occiderit, cum III. solid. cõponat.

VI

Si canem qui curtem defendit aliquis occiderit, cum solido. componat. & si ipse canis dum per uestimentum adpræhendit, & eum quasi nolens percusserit, & mortuus fuerit, iuret ut per inuidiam non fecisset, nisi se ad defendẽdum, & donet alium catellum, qui iugum ᶜ transpassare posit.

De eo qui aliquem clausurã in aquã fecerit, & ibi aliquid negauerit. Tit. LXXXIIII.

Paragraph. I

SI quis mulinũ aut qualemcunq; clausuram in aquã facere uoluerit, sic faciat ut nemini noceat. si autem nocuerit rumpatur, usq; dum non noceat.

II

Si ambæ ripę suæ sunt, licentiam habeat. si autem una alterius, aut roget, aut comparet.

III

Si quis aliquam clausuram in aquam fecerit, & ipsa aqua inflauerit, & ibi alicuius pecus ª negauerit, uel famulus, uel infans. quicquid ibi negauerit, similere stituat unumquodque, & secundum legem suam componat.

De his qui de terra sua inter se contendunt. Tit. LXXXV.

Paragraph. I

SI qua contentio orta fuerit inter duas ª genealogias, de termino terrę eorum, et unus dicit Hic est noster terminus. alius ᵇ reuadit in aliũ locum, & dicit. Hic est noster reminus. Ibi præsens sit Comes de plebe illa, & ponat signũ ubi iste uoluerit terminum, & ᶜ girent ipsam contentionem. postquam girata fuerit, ueniant in medium, & præsente Comite, tollant de ipsa terra, quod Alamanni ᵈ curffodi dicunt, & ramos de ipsis arboribus infigant, in ipsam terram quam tollunt. Et illac genealogiæ, quæ contendunt, leuant illam terram præsente Comite, & commendent in sua manu. ille inuoluat in ᵉ fanone, & ponet

sigillum

sigillum,commendet,fideli manu,usq; ad statutum placitũ, tunc spondeant inter se pugnã duorum.Quando parati sunt ad pugnam,tunc ponant ipsam terram in medio,& tangant ipsam cum spatis suis,cum quibus pugnare debent,& testificẽtur Deum creatorem,ut cuius sit iustitia,ipsius sit & uictoria, & pugnẽt. Qualis de ipsis uicerit,ipse possideat illam contentionẽ,& illi alij præsumptuosi,quia proprietatem contradixerunt,componant cum XII.solid.

De eo qui seruum alterius fugientem acceperit,& sequenti domino contradixerit. Tit. LXXXVI.

Paragraph. I

SI quis fugitiuum alterius seruum susceperit,& sequẽti domino, aut in illa die, aut quando poterit,contradixerit eum,& reddere noluerit,tunc uadat ad Principem,quem ille habet,ut ei iustitiam faciat,& cum XL.solid.componat eum,quia contra legem eum recepit.

De eo qui seruum in pignus susceperit & si ipse seruus aliquod damnum fecerit. Tit. LXXXVII.

Paragraph. I

SI quis pignus tulerit contra legem, aut seruum, aut equum, postquam illum in domum suam duxerit, & ille seruus ibi hominem occiderit, aut ille equus aliquod damnum fecerit, illud damnum ad illum pertineat, qui illud pignus tulit. Non ad illum dominum,cuius illud pignus fuit.si aũt dominus uoluntariè pignus dederit,pro aliqua re alicui,& illud pignus quod datũ est, ibi aliquod dãnum fecerit, dominus eius qui dedit, damnum quod factum est, simile restituat.

De eo qui alteri res suas apud se inuentas contradixerit. Tit. LXXXVIII.

Paragraph. I

SI quis res suas apud alium hominẽ inuenerit, quicquid sit,aut mancipia, aut pecus,aut aurum,aut argẽtum, aut alia spolia,& illa reddere noluerit,& contradixerit, & post hæc cõuictus est ante iudicem,aut simile,aut ipsum reddat & cum XII. solid.componat,quia proprietatem eius contradixit.

Vt Fratres post mortem patris eorum hereditatem nõ dissipent antequam diuidant eam. Tit. LXXXIX.

Paragraph. I

SI qui fratres, post mortem patris eorum,aliquanti fuerint, diuidant portionẽ patris eorum, dum hęc non fuerit factũ, nullus rem suam dissipare faciat, usq; dum æquali partiant.

De eo qui hominem occiderit & negauerit. Tit. XC.

Paragraph. I

SI quis hominẽ occiderit,& negare uoluerit,cum XII.nominatis iuret, & alios tãtos aduocatos in arma sua.sacramenta pro quatuor tremisis cum uno sacramẽtale iuret, tres solid.& tremisse cum duos sacramentales iuret.De.VI.solid.& tremisse cum VI. nominatis iuret,aut cum tracta spata defendant.

De coxa uel brachio incisis. Tit. XCI.

Paragraph. I

SI coxa abscissa fuerit,libero homini,LXXX.solid.componat.

II

Si brachium abscissum fuerit similiter.

De

De eo qui mulieri Pregnanti abortiuum fecerit. Tit. XCII.

Paragraph. I

SI quis mulieri pregnanti abortiuum fecerit, ita ut iam cognoscere posit, utrũ uir an fœmina fuit, si uir debuit esse, cum XII solid. componat. si autem fœmina cum XXIIII. si nec utrum cognoscere, & iam non formatus in liniamenta corporis, cum XV. solid. componat. si amplius requirit, cum sacramẽtalibus suis se idoniet.

De hęreditate quam mulier post partum statim mortua dereli nquit. Tit. XCIII.

Paragraph. I

SI qua mulier, quæ hęreditatẽ paternã habeat, post nuptũ pregnans, peperit puerum, & in ipsa hora mortua fuerit, & infans uiuus remanserit, aliquãto spatio, uel unius horæ, ut posit aperire oculos, & uidere culmen domus, & quatuor parietes, & postea defunctus fuerit, hęreditas materna ad patrem eius pertineat, & tamẽ si testes habet pater eius, qui uidissẽt illũ infantẽ oculos aperire, ut potuisset culmen domus uidere, & quatuor parietes, tunc pater eius habet licentiam, eum lege defendere.

II

Sin autem alter cuius est proprietas, ipse conquerat.

De eo qui in pugna Parẽ suũ dereliquit & aufugit. Tit. XCIIII.

Paragraph. I

SI qua in exercitu pugna commissa fuerit, & dimittit quis parem suum pugnare & fugit, & ille alius defendit se, post reuersionem ille qui fugit, componat bis LXXX. solid. illi alio, quia inde fugiuit.

De eo qui post finitam & emendatam causam Mallare pręsumpserit. Tit. XCV.

Paragraph. I

SI quis aliquem post finitam causam & emẽdatam, mallare uoluerit, post testes tractos, & emendationẽ datã, si hoc pręsumpserit tẽptare, & iste non potest per sacramẽta uel per testes defensare, tunc per pugnã duorũ se defendat, & post hæc ille testator, cum XX. solid. componat.

De eo qui ingenuam Fœminam colpo percusserit. Tit. XCVI

Paragraph. I

† colapho SI quis fœminam ingenuam † colpo percusserit, sic ut sanguis non exeat, soluat solid. duos.

II

Si Lida fuerit, soluat solid. I. tremisse.

III

Si ancilla fuerit, soluat solid. I.

IIII

Si Barus fuerit, similiter.

V

Si seruus fuerit medium solid.

De eo qui in medelã aut carrucã alterius inuolauerit. Tit. XCVII.

Paragraph. I

† medulam. SI quis † medelam rumpit, aut inuolat, soluat solid. III.

II

Si carrucã inuolat aut rũpit rotas in priori parte, ut dic illa† ep era triccctur solid. III. componat.

III

Si depost inuolata ut rumpit. VI. solid. componat.

Si her-

IIII

Si c herpices fuerit. III. solid. componat.

De eo qui Buricas in sylua pecorum incenderit, Tit. XCVIII,

Paragraph. I

SI quis a buricas in sylua tā porcorum q̄ pecorū incenderit XXII. solid. cōponat & si intus per furorem intrat, & de suo nihil inuenit, VI. solid. componat, & si in curte aliena ingressus fuerit, simili modo.

II

Si intus in seuria XII. solid componat. nisi homicida suus ei in curte aut in casa fuerit, & pro ipso nullus offerrit † iustitiam, si sequenter ipsum currit, & in curtē uel in domum hoc non est ad requirendum † drictum

De grege pignorato & Pastoribus flagellatis. Tit. XCIX.

Paragraph. I

Si quis gregem de porcis, aut de iumētis, aut de uaccis, uel de berbicibus, in pignus tulerit. XL. solid. culpabilis iudicetur.

II

Si porcarius ligatus, de uia a hortatus, uel battutus fuerit, sicut duo teneant & tertius percutiat, VIII. solid cōponatur. & de reliquo quod ei fecit, sicut reliquis seruis componi solent, componatur ei in triplum.

III

Et quod de berbigario, b stotario, & uaccario fit, quod reliquis seruis componi solet, componatur eis in duplo.

De Bisonte & ceteris animalibus furatis. Tit. C.

Paragraph. I

SI quis Bisontem, bubalum uel ceruū qui a prugit, furauerit, aut occiderit, XII. solid. componat.

II

Et si ceruus ille b treudis non habet, medium solid. componat. si treudis habet, & cum ipso nihil sagittatum est, soluat solid. I. c si Rubeus feramus eum ipso sagittatus est, tres solid. soluat.

III

Si niger est, solid. VI. componat. si inuolatus fuerit nouemgeldos componat. † si trudēs ferā cū ipso alias † si subicā feram.

IIII

Si ceruia indomita fuerit occisa, tremisso soluat. si treudem habuit medium solid. si cum ipsa † rubica fera sagittata fuerit. III. solid. soluat. si nigra VI. solid. componat. si inuolata fuerit. IX. geldos componat. † trudens ferā. alias si cū ipsa subica fera.

V

Si ursus alienus occisus, aut inuolatus fuerit, soluat eum solid. VI.

VI

Aprum similiter.

VII

Si quis † pecum manualem qui dicitur † c alatus, aut uerrem, aut ducariam occiderit VI. solid. componat. † pecus alaū manuale, quod dicitur alatum † altū.

VIII

Si furatus fuerit. III. solid. soluat & quātū fuerit q̄ ualuit, nouemgel. cōponat

IX

Si quis capriolum occiderit saiga.

X

Si inuolatus fuerit, nouemgeldos componat.

XI

Si grus fuerit furata, aut occisa III. solid. componat.

XII

Si autem fuerit inuolata nouemgeldos componat.

Aneta

IN NOMINE domini incipit Lex BAIORIORUM.

De donationibus Ecclesiasticis Tit. I.

Paragraph. I



VT si quis liber persona, uoluerit & dederit res suas ad Ecclesiam, pro redemptione animę suæ, licentiā habeat de portione sua, postquam cum filijs suis partiuit, nullus eum prohibeat, non Rex, nō Dux, nec ulla persona habeat potestatem prohibēdi ei, † & quicquid donauerit uillas, terram, uel mancipia, uel aliquam pecuniam, omnia quæcūq; donauerit, pro redemptione animæ suæ, hoc per epistolam confirmet, propria manu sua, ipse & testes adhibeat. III. uel amplius si uoluerit, imponant manus suas in epistola, & nomina eorum notent ibi quem ipse rogauerit, & tunc per ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat ipsam pecuniam coram Sacerdote, qui ibidem seruiuit, & post hæc nullam habeat potestatem. Et inde nec posteri eius, nisi Defensor Ecclesię ipsius; per beneficium prestare uoluerit ei, sed apud Episcopum defendantur res Ecclesiæ quicquid à Christianis ad Ecclesiam Dei datum fuerit.

† quicūque.

De ijs qui contra legem Ecclesiam fraudare uoluerint. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis aliqua persona, contra res Ecclesiæ iniustè agere uoluerit, uel de rebus Ecclesię abstrahere conauerit, uoluerit. siue ille qui dedit, uel de hæredibus eius, aut qualiscumq; homo presumpserit, in primis incurrat Dei iudicium, & offensionem sanctę Ecclesię, reddat, & alias similes addat, Rege cogente uel Principe, qui in illa regione Iudex est.

De furtis Ecclesiæ quomodo compo:iantur. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis res Ecclesiæ furauerit, & exinde probatus fuerit, de qualecumq; re. Niungeldo soluat, id est, nouem capita restituat, & si negare uoluerit, secundum qualitatem pecunię iuret in altare, de qua Ecclesia furauerit. De una † Saiga solus iuret: de duobus Saigis, uel † tres & usq; ad tremissem, † cōmune sacramentale iuret. Deinde ad IIII. tremisses, cum tribus sacramentalibus iuret, & si ampliorem pecuniam furauerit, aut caballum, aut bouem, aut uaccā, uel quicquid plus ualet quam IIII. tremisses, & negare uoluerit, tunc cum III. sacramentalibus iuret, & ipse erit septimus in altare & coram populo & Presbytero.

† aliquos. † tribus. † cum uno.

II

Si autem de ministerio Ecclesiæ aliquid furauerit, id est calicem, aut patenam uel pallam, aut qualemcūq; rem, deinfra Ecclesię furauerit, & probatus fuerit, † Ter trim niuogeldum soluat, hoc est, ter nouē restituat, & si negare uoluerit, secundum qualitatem pecuniæ iuret, cum XII. sacramentalibus in ipso altare:

De ijs qui seruo Ecclesiæ ad fugiendum suaserint. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis seruum Ecclesiæ uel ancillam ad fugiendum suaserit, & eos foras terminum duxerit, & exinde probatus fuerit, reuocet eum celeriter, & cum XII. solid. componat, auro adpretiatus. pro qua rem pręsumpsit hoc facere, & dum illum reuocat, alium mittat in locum pro pignus, donec illum reddat quem in fugā duxi. & si non poterit inuenire illum, tunc alium donet similem illi, & XII. solid. componat. Ita & de ancilla secundum quod uidet, similiter faciat.

De ijs qui seruum Ecclesiæ sine mortali crimine interimunt. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis seruum Ecclesię sine mortali culpa occiderit, propter præsumptionem duos similes restituat, pro illo quem occiderit, & si negare uoluerit, cum XII. sacramentalibus iuret in altare, in illa Ecclesia cuius seruum occidit.

De ijs qui res Ecclesię igne cremauerint. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis res Ecclesię igne cremauerit, per inuidiā, more furtiuo, in nocte, & inuentus fuerit, si seruus est, tollantur manus & oculi eius, ut amplius non ualeat facere malum. Dominus uero eius omnia similia restituat, quicquid in illo incendio arserit.

II

Et si liber homo hoc pręsumpserit facere, & res Ecclesiæ igne cremauerit, & probatus fuerit, componat hoc secundum legem, idest, in primis donat. XL. uel LX. solid. auro adpretiatus, propter præsumptionē, quia talia ausus fuerat facere. Postea omne culmen quod in illo incendio cecidit, cum XXIIII. solidis componat, & quicquid ibi arserit, omnia similia restituat. & quanti homines ibi intus fuerint, & illæsi de incendio euaderunt, unicuiq; cum sua breua unfa componat. & si ibi aliquis læsus fuerit, uel inibi mortuus, ac si ipsa propria manu fecerit, sic secundum personam uniuscuiusq; componat, & si hoc negare uoluerit, cum XXIIII. sacramentalibus iuret nominatus, in altare, Euangelio superposito, coram defensore Ecclesię.

III

Et quisquis de rebus Ecclesiæ furtiuis probatus fuerit, ad partē fisci pro Fredo præbeat fideiussorem, & donet vuadium de XL. solid. & tantum soluet quantū Iudex iusserit, & quantum durius soluerit tantum firmior est pax Ecclesię.

De ijs qui rei sunt & confugiunt ad Ecclesiam. Tit. VII.

Paragraph. I

SI culpabilis aliquis, confugium ad Ecclesiam fecerit, nullus eum ui abstrahere ausus sit, postquam ianuam Ecclesiæ intrauerit, donec interpellat Presbyterum Ecclesię uel Episcopum.

II

Si Presbyter responsum dare ausus fuerit, & si talis culpa est, ut dignus sit disciplina, cum consilio Sacerdotis hoc faciat, qui ad Ecclesiam cōfugium fecit. nulla sit culpa tā grauis, ut uita non concedatur propter amorē Dei & reuerentiam sanctorum, quia Deus dixit. Qui dimiserit, dimittetur ei; qui nō dimiserit nec ei dimittatur,

II

Si quis autem homo contumax & superbus, timorem Dei uel reuerentiā Ecclesiarum non habuerit, et fugientē seruum suum, uel quem persecutus fuerit, de Ecclesia ui abstraxerit, Deo honorem non dederit, componat ad ipsam Ecclesiam XL. solid. Iudice cogente, & pro Fredo ad fiscum XL. solid. ut sit honor Deo & reuerentia sanctorum, & Ecclesia Dei semper in † tuta sit. † iuturo sit.

De ijs qui rei sunt, & confugerint ad Ecclesiam. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quos ministros Ecclesię, id est, Subdiaconū, Lectorē, Exorcistam, Acolitum, Ostiariū, uel de istis aliquē iniuriauerit, aut percusserit, uel plagauerit, uel occiderit, componat hos dupliciter, sicut solent cōponi parētes eius. Illi qui sunt ministri altaris Dei, duplicem compositionem accipiant.

II

Alas autem Clerici componantur, sicut parentes eorum.

III

Monachi autem, qui secundum regulas in Monasterio uiuunt, & illi dupliciter componātur, secundum genealogiā suam. ut reuerentia sit Dei, & pax eis qui illi deseruiunt.

De Presbyteris & Diaconis quomodo componantur. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis Presbytero uel Diacono, quem Episcopus in Parrochia ordinauit, uel qualem plebs sibi recipit, ad Sacerdotem quem Ecclesiastica sedes probatum habet, iniuriam fecerit, uel plagauerit, tripliciter eos componat.

II

Si autem occiderit Presbyterum solid. CCC. auro adprecietur. Si aurum non habet, donet aliam pecuniam, mancipia, terram, uel quicquid habeat, usq; dum implet. Diaconum uerò cum CC. solid. soluat, utrosq; ad illam Ecclesiam ubi ministri fuerint Episcopo requirente, & Iudice cogente, qui in illa prouincia sit ordinatus & pro Fredo in publico soluat solid. XL. ut exinde sit reuerentia Sacerdotum, & honor Ecclesiasticus non condemnetur, neq; præsumptio crescat in plebe.

De Episcopis, & de eorum interfectione. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis Episcopum quem constituit Rex, uel populus elegit sibi pontificem, occiderit, soluet eum Regi uel plebi, aut parentibus secundum hoc dictum: Fiat tonica plumbea, secundum † statum eius & quod ipsa pensauerit auro, tantum donet, qui eum occidit. & si autem non habet, donet aliam pecuniam, mancipia, terram, uillas uel quicquid habeat, usq; dum implet debitum. & si non habet tantā pecuniam, seipsum & uxorem, & filios tradat ad Ecclesiam illam in seruitium, usque dum se redimere posit. Hoc per imperium Regis uel Iudicis fiat, & illa pecunia in usu Ecclesiæ ipsius, ubi Pontifex fuit, ibi sit firmata usq; in perpetuum. † staturam.

II

Et si Episcopus contra aliquem culpabilis apparet, non prę sumat eum occidere, quia summus Pontifex est, sed Mallet eum ante Regem uel Ducem, aut ante plebem suam. & si conuictus crimine, negare non possit, tunc secundum Cano

nes ei iudicet. si talis culpa est, ut deponatur, deponet. aut exiliet De Homicidio, de Fornicatione, de Consensu hostibus. Si infra prouinciã inimicos inuitauerit, & eos prodere uoluerit, quos saluare debuit, pro istis culpis damnetur.

De Sanctimonialibus, uel Deo dicatis. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis Sanctimonialem, hoc est, Domino dicatam, de monasterio traxerit, et eam sibi in coniugio duxerit cõtra legem Ecclesiasticam, requirat eum Episcopus ciuitatis illius, cum cõsilio Ducis, uelit, nolit, tamẽ reddat eam ad illud monasterium, unde eam tulit, & componat ad illum monasterium dupliciter sicut solet componere qui alteram rapit sponsam. Scimus illum crimine esse obnoxium, qui alienam spõsam rapit, quantò magis ille obnoxius est crimine, qui uxorẽ usurpauit sponsam & si noluerit emendare, & reddere, expellet de prouincia dicente Apostolo. Auferte malum à uobismetipsis. Et iterum. Tradet à uobis huiusmodi Sathanę in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die Domini.

De Presbyteris & Diaconibus, ne habitent cum mulieribus. Tit. XII.

Paragraph. I

NVllo Presbytero uel Diacono liceat, habere secum in domo extraneam fœminam, ne per illam occasione decipiatur, & pollutus offerat sacrificium Domino nec plebs per eius offensionem corruat, & plagam sustineat, propterea, qui gradu Sacerdotali fulciuntur, extranearum mulierum interdicta consortia cognoscant, hac eis tantum facultate concessa, ut matres, filias atq; sorores germanas, inter domorum suorum septa contineant. In his enim nihil † suspecti criminis ęstimare, fœdus naturale permittat, illas, & iam nõ relinqui, castitatis horat affectus.

† lasciuij. † affectio.

De cæteris causis Presbyteri, Diaconi uel, Clerici, ab Episcopo secũdum illorum canones iudicentur.

De Colonis uel seruis Ecclesię quomodo seruiant. Tit. XIII.

Paragraph. I

DE Colonis uel seruis Ecclesiæ qualiter seruiant, uel qualia tributa reddant, hoc est, agrarium, secundum æstimationem Iudicis, prouideat hoc Iudex, secundum quod habet, donet, de xxx. mod. III. donet, & pascuarium desoluat, secundum usum prouinciæ.

II

a Andecingas legittimas, hoc est, b pertigã x. pedes habentem IIII. pertigas in transuerso, † XL. in longo: arare, seminare, claudere, † collegere, & trahere, & recõdere. Pratũ carpento uno claudere, segare, collegere & trahere, aut tremisse unusquisq; accolla adq; II. modia facionis † excollegere, seminare, colligere, & reconderc debeant.

† L. † colere.

III

Et uineas plantando cludere, fodere, propaginare, pręcidere, uindemiare.

IIII

Reddant decimum fascem de lino.

V

De apibus decimum uas.

VI

Pullos IIII.

VII

Oua XII

VIII

Parafredos donent, aut ipsi uadent ubi eis iniunctum fuerit.

IX

Angarias cum carra faciat, usque quinquaginta† leugas amplius nõ minentur. †leucas.

X

Ad casas dominicas, stabulum, fœnile, granicam uel † tuninũ recuperãdum, †pctoritas rationabiles accipiant. †pedituras.

XI

Et quando necesse omnino componẽt calce furnum, ubi prope fuerint ligna aut petræ, L. homines faciant, ubi longe fuerint c. homines debeat expediri. & ad ciuitatem, uel ad uillam ubi necesse fuerit, ipsam calcem trahant.

XII

Serui autem Ecclesiæ, secundum possessionem suam reddant tributa.

XIII

Opera uerò III. dies in ebdomada in Dominico operet, tres uerò sibi faciat. Si uerò dominus eius dederit eis boues, aut alias res, quas habet, tantũ seruiat, quantum ei per possibilitatem impositum fuerit, tamen iniustè neminem opprimat.

De Ducibus, & caussis quæ ad eos pertinent. Cap. II Tit. I

Paragraph. I

SI quis cõtra Ducem suum, quem Rex ordinauit in prouincia illa, aut populus elegit Ducem, de morte eius consiliatus fuerit, & exinde probatus negare nõ poterit, in Ducis sit potestate homo ille, & uita illius, & res eius infiscentur in publico, & hoc non sit per occasionem factum, sed probata res, experietur ueritatẽ non sub uno teste, sed sub tribus testibus, personis coæqualibus. Si autem unus fuerit testis, & ille alter negauerit, tunc Dei accipiant, iudicium, exeant in campo, & cui Deus dederit uictoriã, illi credatur. & hoc in præsenti populo fiat, ut per inuidiam nullus pereat.

Vt nullus Boioarius alodem aut uitã sine capitale crimine perdat. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis in necem Ducis cõsiliatus fuerit, aut inimicus in prouinciam inuitauerit, aut ciuitatẽ capere ab extraneis machinauerit, & exinde probatus inuentus fuerit, tunc in Ducis sit potestate uita ipsius, & omnis res eius, & patrimonium. Cætera uerò quæcunque commiserit peccata, quousque habet substantiam, cõponat secundum legem. Si uerò non habet, ipse se in seruitium deprimat, & per singulos menses uel annos, quantum lucrare quiuerit, persoluat cui deliquit, donec debitum uniuersum restituat.

De eo qui Ducem suum occiderit. Tit. III

Paragraph. I

SI quis Ducem suum occiderit, anima illius pro anima eius mortem quam intulit recipiat: & res eius infiscentur in publico in sempiternum.

De eo qui seditionem mouet contra Ducem suum. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis seditionem excitauerit contra Ducem suum, (quod Boioarij Carmu-

lum dicunt per quem in primis fuerit leuatum, componat Duci DC. solid. Alij homines, qui eũ secuti sunt, illi similes, & consilium cum ipso habuerunt, unusquisque cum CC. solid. componat, minores populi, qui eum secuti sunt & liberi sunt, cum XL. solid. componant. ut tale scandalum non nascatur in prouincia.

De eo qui scandalum in exercitu mouet. Tit. V.

Paragraph. 1

SI quis in exercitu, quem Rex ordinauit uel Dux de prouincia illa, scandalũ excitauerit, infra proprium hostem, & ibi homines mortui fuerint, componat in publico DC. solid. & quisquis ibi aut percussiones, aut plagas, aut homicidium fecerit, componat sicut in lege habet, unicuiq; secundum suam Genealogiam. Et ille homo, qui hęc commisit, benignum reputet Regem uel Ducem suum, si ei uitam concesserit. De minoribus autem hominibus si in hoste scandalum commiserit, in Ducis sit potestate, qualem pœnam sustineant, & ille usus eradicandus est, ut nõ fiat. Solet enim propter pabula equorum, uel propter ligna fieri scandalum, quando aliqui defendere uolunt casas uel scurias, ubi fœnum uel granum inueniunt, hoc uetandum est ne fiat. Vt si quis inuenerit pabulum uel ligna, tollat quantum uult, & neminem uetet tollenti, ut per hoc scandalum non nascatur. Si quis hoc ausus fuerit facere, aut contradicere aliquid, quod lex uetat, ille tunc si inuentus fuerit, coram Duce disciplinę hostili subiaceat, uel ante Comitẽ suum, XL. Ga mactos accipiat.

De eo qui sine sui Ducis iussione aliquid prædauerit. Tit. VI.

Paragraph. 1

SI quis in exercitu infra prouinciam, sine iussione Ducis sui, per fortiam hostilẽ aliquid prędare uoluerit, aut fœnum tollere, aut granũ, uel casas incendere. hoc omnino testamur ne fiat, & exinde curas habeat Comes in suo comitatu, ponat enim ordinationem suam super Centuriones & Decanos, & unusquisq; prouideat suos quos regit, ut contra legem non faciant. Et si aliquis præsumptuosus hoc fecerit, à Comite illo requirendũ est, cuius homo hoc fecit, & si ille Comes neglexerit inquirere, quis hoc fecit, ille omnia de suis rebus restituat, tamen tempus requirendi habeat.

II

Et si talis homo hoc potens fecerit, quem ille Comes distringere non potest, tunc dicat Duci suo, & Dux illum distringat secundum legem suam. Si liber est XL. solid. sit culpabilis, & omnia similia restituat. Si seruus hoc fecerit capitale subiaceat sentẽtiæ: dominus uerò eius omnia similia restituat, qui seruo suo nõ cõtestauit ut talia nõ faceret. Quia si uos metipsos comeditis, citò deficitis. Comes tamen non negligat custodire exercitum suum, ut non faciant contra legem in prouincia sua.

De eo qui in exercitu aliquid furauerit. Tit. VII.

Paragraph. 1

† aliàs inuolauerit SI quis in exercitu aliquid † furauerit, pastorium capistrum, frenum feltri uel quęcunq; inuolauerit & probatus fuerit, si seruus est perdat manus suas, dominus uerò eius ipsam rem si habet, aut similem reddat.

II

Si autem liber homo hoc fecerit, cum XL. solid. redimat manus suas, & quod tulit reddat.

Qui in

Qui inutilitatem Ducis aut domini sui mortuus est. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI qs homo in utilitatē domini sui in exercitu, uel ubicūq; dominus eū miserit, perrexerit, & ibi mortuus fuerit, & quærit opinionē facere domino suo, uel populo suo, hęredes eius nūquam sint†deiecti, de hęreditate eius quāuis qua liscumq; sint: sed Dux eos defendat usq; dum ipsi possunt, tunc enim unusquisq; non tardat uoluntatem domini sui facere, quantùm sperat se exinde munus acci pere, si inde uiuens euaserit, & si propter hoc mortuus fuerit, credat quod filij eius aut aut filiæ possideāt hæreditatem eius nullo inquietante: tunc fidus & prō ptus est, ut impleat iussionem. †deleti

Qui hominem, uel Regis, uel domini sui iussione, interfecerit. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis hominem per iussionem Regis uel Ducis illam prouinciam in potestate habet occiderit, non requiratur ei, nec Feidosus sit, quia iussio domini sui fuit, & non potuit contradicere iussionem, sed Dux defendat eum, & filios eius pro eo, & si Dux mortuus fuerit, alius Dux, qui in loco eius accedit, defendat eum.

De Duce proteruo, Regis iussa spernente. Tit. X.

Paragraph I

SI quis autē Dux, de Prouincia illa, quem Rex ordinauerit, tam audax aut con tumax, aut leuitate stimulatus, seu proteruus & elatus, uel superbus atq; re bellis fuerit, qui decretum Regis contempserit, donato dignitatis ipsius duca tu careat, etiam & insuper spe supernæ contemplationis, sciat se esse condemna tum, & uiam salutis amittat.

De filijs Ducum, qui proterui fuerint. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis filius Ducis, tam superbus uel stultus fuerit, ut patrem suum dehone stare uoluerit, per consilium malignorum, uel per fortiam, & regnum eius au ferre ab eo, dum adhuc pater eius potest iudicio contendere, in exercitu am bulare, populum iudicare, equum uiriliter ascendere, arma sua uiuaciter baiula re, non est surdus, nec cœcus, in ōmnibus iussionem Regis potest implere. Sciat se ille filius, contra legem fecisse, & hæreditate patris sui esse deiectum, & nihil am plius ad eum pertinere de facultatibus patris, & hoc in potestate Regis uel patris sui erit, ut exiliet eum, si uult. Nihil aliud habeat in potestatem, nisi quod per mi sericordiam Rex uel pater eius dare uoluerint.

II

Et si superuixerit patrem suum, & alios fratres habuerit, non dent ei por tionem. quia contra legem peccauit in patrem suum

III

Et si ille solus de hæredibus eius superuixerit patrem suum, in Regis erit po testate, cui uult donet, aut illi, aut alteri.

De eo qui scandalum in Curia Ducis commiserit. Tit. XII.

Paragraph. I

SI quis in curte Ducis scandalum commiserit, ut ibi pugna fiat, per superbiam suam, uel per ebrietatem suam, quicquid ibi factum fuerit, omnia secundum legem componat, & propter stultitiam suam, in publico componat XL. solid. Si seruus est alicuius, qui hæc commisit, manus perdat.

II

Nullus unquam pręſumat in curte Ducis ſcandalum committere.

Vt nullus ſine iuſſu ducis manus in campiones mittat. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis in curte Ducis, uel ubicunque pugnauerint. Campiones, manus ad leuandum miſerit, antequam iuſſerit cui commendatum eſt præuidere, ſi liber eſt, XL. ſol. componat in publico, ſi ſeruus, manum ſuam ibi dexteram perdat. aut dominus eius redimet eum, cum XX. ſolid.

II

Vetanda eſt talis cauſa unde ſcandalum ſolet naſcere.

De ijs qui in curte Ducis aliquid furauerit. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI quis infra curtem Ducis, aliquid inuolauerit quia domus Ducis, domus publica ea, Trininum geldum componat: hoc eſt, ter nouem donet liber homo. ſeruus uerò Niumgeldo ſoluat, aut manus perdat. Et ſi aliquid inuenerit, in curte ducis, quaſi pro neglectum iacere, & id tulerit, et ſuper noctē cęlauerit, furtum reputetur, in publico XII. ſol. componat.

De ijs qui iuſsionem Ducis contemnunt. Tit. XV.

Paragraph. I

SI quis iuſsionem Ducis ſui contempſerit, uel ſignum quale uſus fuerit Dux tranſmittere, aut annulum, aut ſigillum. ſi neglexerit uenire, aut facere quod iuſſum eſt, XII. ſol. pro neglecto donet in publico. & ſic impleat iuſsionem.

De Placitis & iudicibus. Cap. III.

Vt placita fiant per Kalend. Tit. I

Paragraph. I

VT Placita fiant per Kalendas. aut poſt XII. dies ſi neceſſe eſt, ad cauſas inquirendas, ut ſit pax in prouincia, & omnes liberi cōueniāt, conſtitutis diebus, ubi iudex ordinauerit, & nemo ſit auſus contemnere uenire ad Placitum qui infra illam communitatem manent, ſiue Regis Vaſſus, ſiue Ducis omnes ad Placitum ueniant, & qui neglexerit uenire, damnetur XII. ſolid. Comes uerò ſecum habeat Iudicem, qui ibi conſtitutus eſt iudicare, & Librum Legis, ut ſemper rectum iudicium iudicet de omni cauſa quæ componenda eſt. Qui contra legē fecerit, componat ſicut lex habet, & donet uuadium Comiti illo de Fredo, ſicut lex eſt.

Vt iudex partem ſuam accipiat. Tit. II.

Paragraph. I

IVdex uerò partem ſuā accipiat, de cauſa quam iudicat, de VII. ſolid. tremiſſem accipiat de III. ſolid. ut tremiſſes accipiat de IX. ſolid. I. ſolidum accipiat de. omni compoſitione ſemper nonam partem accipiat, dum rectum iudicat.

Qualis iudex fieri debeat. Tit. III.

Paragraph. I

IVdex autem talis ordinetur, qui ueritatem ſecundum hoc dictum iudicet.

non

non sit personarum acceptor, neque cupidus pecuniæ.

Perii lex cupiditatis amore.
Præmia & dona, legibus uires tulerunt.
Impunita manet male uiuendi licentia.

Propterea talis constituatur iudex, qui plus diligit iustitias quàm pecuniam.

Si Iudex propter pecuniam iniustè iudicauerit. Tit. IIII.
Paragraph. I

IVdex si accepta pecunia male iudicauerit, ille qui iniustè aliquid ab eo per sententiam iudicantis abstulerit, ablata restituat. Nam iudex, qui perperam iudicauerit, in duplum ei damnum, quod intulerat, cogatur ex solui. quia ferre sententiam contra Legum nostrarum statuta præsumpsit, & in fisco cogatur XL. sol. persoluere.

Si iudex per ignorantiam male iudicauerit. Tit. V.
Paragraph. I

SI uerò nec per gratiam, nec per cupiditatē, sed per errorem iniustè iudicauit, iudicium ipsius in quo errare cognoscitur, non habeat firmitatem, Iudex non uocetur ad culpam.

De Genealogijs & eorum compositione. Cap. IIII Tit. Vnicus.
Paragraph. I

DE Genealogia qui uocātur, a Huositroz, b Zasagama, c Hailinga, d Aennion. isti sunt q̄si primi post Agilolfingos, qui sunt de genere Ducali. Illis enim duplū honorem concedamus, & sic duplam compositionē accipiant. Agilolfingi uerò usque ad crucē in quadruplum componuntur, quia summi Principes sunt inter nos. Dux uerò, qui præest in populo, ille semper de genere Agilolfingorum fuit et debet esse, quia sic Reges antecessores nostri, concesserūt eis, ut quia de genere illorum fidelis Regi erat, & prudens, ipsum constituerunt ducem, ad regendum populum illum, & pro eo, quia Dux est, addatur ei maior honor quàm cæteris parentibus eius. Sic ut tertia pars addatur, super hoc quo parentes eius componuntur.

II

Si uita parentorum eius aufertur, & cum DCXL. solid. componitur, Dux uerò cum DCCCC. XL. solid. componitur parentibus, aut Regi, si parentes non habuerit.

III

Et secundum hoc Edictum, alia compositio sequatur, qualiter parentes eius componi solent, ita si Duci aliquid acceßerit à coæqualibus suis, sic eum componere debet, ubi compositio parentorum eius est in IIII. solid. Ducis uerò in VI. sol. ubi illorum in VI. solid. Ducis uerò IX. ubi uerò illis dantur XII. solid. Ducis autem XVIII. sic semper addatur tertia pars supra in Ducis causa, usque in nouissimam quæstionem, quæ solet inter homines contingere.

De Liberis quomodo componuntur. Cap. V
Si quis liberum percusserit per iram. Tit. I
Paragraph. I

SI quis liberum per iram percusserit, quod Puliflac uocant, † I. sol. donet.

† medio solido cōponat.

Si quis sanguinem fuderit. Tit. II.
Paragraph. I

SI quis eius sanguinem fuderit, solidum unum & sem. componat.

Si ma-

Si manum iniecerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI in eum contra legem manus iniecerit quod a Infane dicunt .III. solidis. donet.

Si uenam percusserit Tit. IIII.

Paragraph. I

SI in eo uenam percusserit, ut sine igne sanguinem stagnare non posit (quod a Athar grati dicunt) uel in capite testa appareat, quod b Gebulskim dicunt, & si os fregerit, & pellem non fregerit quod c plaepruft dicunt, & si talis plaga ei fuerit, quæ tumens sit, si aliquid de istis contingerit cum VI.solid. componat.

Si ossa tulerit. Tit. V.

Paragraph. I

SI os de plaga, de capite, uel de brachio supra eubitū, cum. III. solid. componat.

Si ceruella aperuerit. Tit. VI.

SI ceruella in capite appareant, uel in interiora membra plagata fuerint, quod a hreuauunt dicunt cum XII.solid. componat.

Si funibus ligauerit. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis eum funibus ligauerit contra legem, XII.sol. componat.

Si per uim inplexauerit. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI eum per uim inplexauerit, & non ligauerit, quod a hrobaten dicunt, cum III.solid. componat.

Si oculum eruerit. Tit. IX

Paragraph. I

SI quis libero oculum eruerit, uel manū, uel pedē tulerit, cum XL.sol. cōponat.

Si mancauerit. Tit. X.

Paragraph. I

ET si talis plaga uel fractura fuerit, ut exinde mancatus sit, cū XX. sol. cōponat.

De pollice & ceteris digitis, quomodo componantur. Tit. XI

Paragraph. I

SI quis alicuius pollicem absciderit, eum XII.solid. componat.

II

Et si proximum à pollice, uel minimum absciderit cum. IX. solid. componat, unum sic & alium sic.

III

Illos medianos duos digitos, cum X.solid. componat, unum cum. V. solidis & alium cum. V.

IIII

Et si non fuerit absciſſa, & est mācus, stat rectus, ut non posint a placare, hoc inpedimentum est ad arma baiulare, maior est compositio quàm de absciſſo, tertiam partem supra addet, ad XII. addet III. fiunt XVI. ad IX. adde III. fiunt. XII. ad V. adde II. et tremissem, fiūt VII. sol. et tremisis. sic em̄ debes iudicare, et sic cōponere

De bra-

De Brachijs transpunctis. Tit. XII.

Paragraph. I

SI quis alicuius brachium supra cubitum transpunxerit cum VI. solid. componat, si ante cubitum transpunxerit, cum III. solidos componat.

De Nare. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis alicui nasum transpunxerit, cum IX. solid. componat.

De Aure. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI quis aurem transpunxerit. III. sol. componat.

II

Si aurem alicui absciderit, cum XX. solid. componat.

III

Si eam sic plagauerit, ut inde surdus fiat, cum XL. solid. componat.

IIII

Si aurem maculauerit, ut in inde turpis appareat, quod, lidscarti uocāt, cum III. solid. componat.

De Labijs. Tit. VX.

Paragraph. I

LAbium subterius similiter cōponat, & palpebram subteriorem simili modo.

II

Si sic plagauerit, ut lachrymam continere nō possint, uel subterius labrum saliuam non continet, tunc cum VI. solid. componat.

III

Superiorem uerò palpebram, uel superius labrum, si maculauerit, cum III. solidos componat.

De Dentibus. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis alicui dentem maxillarem, quem, marchzant uocant, excusserit, cum XII. solid. componat.

II

Alios uerò dentes, si excusserit, unum quemque cum VI. solid. componat.

De in Ripa proiectis. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quis alium de ripa, uel de ponte in aquam pinxerit, quod baioarij in vnuuan dicunt, cum XII. solid. componat.

De ab equo proiectis. Tit. XVIII.

Paragraph I

SI qs aliquē de equo suo deposuerit, q̄d, marachfalli uocāt, cū III. sol. cōponat.

De scalis proiectis. Tit. XIX.

Et si alicui scalam iniecerit, uel quodcumque genus ascensionis, & ille desuper erit relictus, quod in vnuuam dicunt, cum XII. solid. componat.

De in ignem proiectis. Tit. XX.

Paragraph. I

SImiliter qui inpignem ininxerit, ita ut flamma super caput emineat, cum XII. solid. componat, eo quod invnuuan impinxerit.

De sa

De Peregrinis. Tit. XXX.

Paragraph. 1

PEregrinis transeuntibus, uiam nemo ausus sit inquietare, uel nocere peregrino qui aliqua propter Domini necessitatē discurrunt. Tamen una pax omnib. necessaria est. Si autē aliquis tā præsumptuosus fuerit, ut peregrino nocere uoluerit, & fecerit, aut dispoliauerit, uel læserit, uel plagauerit, aut ipsum ligauerit, uel uendiderit, & exinde probatus fuerit, CLX. solid. in fisco cogatur exsoluere, & peregrino si uiuentem reliquit, omnem iniuriam quam fecit ei, uel quod tulit, dupliciter componat, sicut solet unum de infra prouincia componere.

De interfectione Peregrinorum. Tit. XXXI.

Paragraph. 1

SI autem occiderit, C. solidis auro adpretiatus, cogatur exsoluere. Si parētes desunt, fiscus accipiat, & pro delicto hoc pauperibus tribuat, ut possit Deum propitium habere, qui dixit: Peregrinū & aduenam non contristabis. De suis rebus, si Dux illi concesserit aliquid habere, componat LXXX. solid.

Si seruus liberum furauerit, aut uendiderit. Tit. XXXII.

Paragraph. 1

SI uerò seruus liberum furauerit, & uendiderit, dominus eius ligatum præsentet coram Iudice, in Ducis potestate sit disciplina eius, aut manus perdat, aut oculos, sine signo nunquā euadat, quamuis deliciosus sit apud dominū suum. Et si dominus eius hoc iussit, aut consentiens fuit, superiori sententię subiaceat ipse, & illum seruum perdat.

De Liberis qui per manum dimissi sunt liberi quod Frilatz uocant. Caput VI.

Si quis Liberum percusserit. Tit. I.

Paragraph. 1

SI quis eum percussit, quod Pulislac uocant, cum medio solid. componat.

Si sanguinem effuderit. Tit. II.

Paragraph. 1

SI ei sanguinem profuderit, cum VI. solid. saigis & semis.

Si plaga medico opus habet. Tit. III.

Paragraph. 1

SI in eum cōtra legem manus iniecerit, quod Infank dicunt, uel si eum plagauerit, ut propter hoc medicum inquirat, sic ut in capite testa appareat, uel uena percussa fuerit, cum solid. & semi componat.

Si ossa tulerit. Tit. IIII.

Paragraph. 1

SI in eum talem plagam fecerit, ut exinde os tollatur de capite, uel de brachio supra cubitum, cum III. solid. componat.

Si cereuella apparuerit. Tit. V.

Paragraph. 1

SI quis eum percusserit, ut ceruella eius appareat, uel interiora membra uulnerauerit, quod Hreuauunt dicunt, uel eum ligauerit contra legem, cum III. solid. componat.

Si eum mancauerit. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis ei oculum, uel manum, uel pedem excusserit, cum x. solid. componat.

De pollice & cęteris digitis. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis alicui pollicem absciderit, cum III. solid. componat.

II

Proximum à pollice, & minimum digitum, cum solid. & semi componat, & medianos duos cum solid. componat.

De plaga claudicationis. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis eum plagauerit, ut exinde claudus permaneat, sic ut pes eius ros tangat, cum VI. solid. componat.

De interfectione Liberti. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis eum occiderit, componat eum domino suo. cum XL. solid.

De seruis quomodo componantur. Cap. VII.

Si quis seruum percusserit. Tit. I

Paragraph. I

SI quis seruum alienum per iram percusserit, cum tremisse componat.

De eo qui serui sanguinem fudit. Tit. II.

Paragraph. I

SI sanguinem fuderit, medium solid. donet.

Si manum iniecerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI in eo contra legem Infanc fecerit, uel in capite plagam, ut testa appareat, uel una percussa, uel plaga tumens fuerit, cum I. solid. componat.

Si ossa tulerit. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI in eo talem plagam fecerit, ut ex ea fractura ossuum tollat, cum solido & semi componat.

Si ceruella aperuerit. Tit. V

Paragraph. I

SI eum plagauerit, ut ceruella appareat, uel interiora membra uulnerauerit, quod Hreuauunt uocant, & si eum tantũ cederit, & Turnauerit, usq; dũ eum semiuiuum relinquat, hoc cum IIII. solid. componat.

Si seruo quis oculum uel manum tulerit. Tit. VI.

Paragraph. I

Si eum oculum uel manum, uel pedem absciderit, cum III. solid. componat.

De digitum abscissure. Tit. VII.

Si pollicem ei absciderit, cum IIII. sol. componat & medianis cum I. sol. componat.

De nare. Tit. VIII.

Paragraph. I

Si ei nasum transpunxerit, cum II. solid. & semi componat.

De labijs. Tit. IX.

Paragraph. I

SLabia subteriora maculauerit, uel aurem, uel palpebram subterioram maculauerit, cum solid. & semi componat. Superiores uerò cum solido componat.

De den-

De dentibus. Tit. X.

Paragraph. I

SI ei dentem maxillarem excusserit, quam Marchzant uocant, cum IIII. sol. comp.

II

Alios uerò cum solid. & semi componat.

III

Si autem eius absciderit, cum solid. & semi componat.

IIII

Si eum surdauerit, uel sic eum plagauerit, ut claudus permaneat, quod Taur regel uocant, & si in aquam inpinxerit, de ripa uel de ponte. in istis causis semper IIII. solid. componat.

De Seruo occiso. Tit. XI.

Paragraph. I

SI eum occiderit, soluat eum domino suo, cum XX. solid.

De Nuptijs illicitis. Cap. VIII. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

NVptias prohibemus incestas. Itaq; uxorem habere non liceat, Socrum, Nurũ Priuignam, Nouercam, Filiam sororis, Fratris uxorem, Vxoris sororẽ. Filij fratrum, Filij sororum intra se nulla pręsumptione ligantur.

II

Si quis contra hæc fecerit, à loci Iudicibus separentur, & omnes facultates amittant, quas Fiscus adquirat.

III

Si minores personæ sunt, quia se illicita coniunctione polluerunt, careant libertate, & seruis fiscalibus adgregentur.

De operationibus Dominica die illicitis. Cap. IX. Tit. unicus.

Paragraph. I

SI quis die Dominico, operam seruilẽ fecerit liber homo, id est, si bouem iunxerit, & cum carro ambulauerit, dextrum bouem perdat.

II

Si autem siccauerit fœnum, uel collegerit, aut messem siccauerit, aut collegerit, uel aliquod opus seruile fecerit, die Dominico, corripiatũ semel uel bis et si non emendauerit, rumpatur dorsum eius L. percussionibus.

III

Et si iterum præsumpserit operare die Dominico, auferatur de rebus suis tertia pars.

IIII

Et si nec cessauerit, tunc perdat libertatem suam, & sit seruus, qui uoluit in die secundo esse liber.

V

Seruus autem pro tali crimine uapuletur, & si non emendauerit, manũ dextram perdat, quia talis causa uetanda est, quę Deum ad iracundiam prouocat, & exinde flagellemur in frugibus, & penuriam patimur, & hoc uetandum est in die Dominico.

VI

Et quamuis in itinere positus cum carra, uel cum naue pauset die Dominico usq; in secundam feriam, et noluerit custodire præceptum domini, quia dominus dixit; Nullum opus seruile facias in die sancto, neq; tu, neq; seruus tuus, neq; ancilla tua, neq; bos tuus, neq; asinus tuus, neq; ullus subiectorum tuorum. & quia

I 2 in isti-

in itinere suo, uel ubicunque obseruare neglexerit, xii. solid. condamnetur. & si frequens hoc fecerit, superiori sententiæ subiaceat.

De liberis ad seruitutem non redigendis. Cap. X.
Tit. Vnicus.
Paragraph. I

VT nullus liberum, sine mortali crimine, liceat inseruire, nec hereditate sua expellere, sed liberi qui iustis legibus deseruiunt, sine impedimento hereditates suas possideant, quamuis pauper sit, tamen libertatem suam non perdat, nec hereditatem suam, nisi ex spontanea uoluntate, se alicui tradere uoluerit, hoc potestatem habeat faciendi. Qui contra hoc præceptum fecerit, siue Dux, siue Iudex, siue aliqua persona, cognoscat se côtra legem fecisse, LX. solid. sit culpabilis in publico, & liberum, quem seruitio oppresserit, uel hereditatem tulit, ad pristinam libertatem restituat, & res eius reddat, quas iniuste abstulit, aut alias similes restituat, & cum XL. solid. componat illi homini, qui contra legem inseruiuit.

De uxoribus & causis quæ sæpe contingunt. Cap. XI.
Si quis cum alterius uxore concubuerit. Tit. I.
Paragraph. I

SI quis uxorem alius côcubuerit liberam, componat hoc marito eius, cum suo vueregeldo, id est, CLX. solid.

II

Et si in lecto cum illa interfectus fuerit, pro ipsa compositione, quam debuit soluere marito eius, in suo scelere iaceat, sine uindicta.

III

Et si in lecto calcauerit uno pede, & prohibeatur à muliere, & amplius nihil fecerit, cum XII. solid. componat, eo quod iniuste in extraneum calcauit thorum.

De seruo adultero. Tit. II.
Paragraph. I

SI seruus hoc fecerit, & interfectus cum libera, in extraneo fuerit thoro, xx. solid. in suo damno minuetur, ipsius coniugis Vueregelt. cætera uerò quæ remanent, dominus eius cogatur soluere, usque dum repletus fuerit numerus sceleratæ compositionis.

II

Et si ille seruus euaserit, & interfectus non fuerit, sed tamē crimine deuictus, dominus uerò eius reddat eum illi, cuius uxorem maculauit, pro xx. solid. Cætera uerò per ómnia impleat pro eo, quod seruo suo disciplinam minimè imposuit.

Qui propter libidinem manum iniecerit. Tit. III.
Paragraph. I

SI quis propter libidinem, liberæ manum iniecerit, aut uirgini, seu uxori alterius, quod Boioarij Hortchrift uocant, cum VI. solid. componat.

Si indumenta super genua eleuauerit. Tit. IIII.
Paragraph. I

SI indumenta super genucula eleuauerit, Himilzoron uocant, cum XII. sol. componat.

De discriminalibus reiectis. Tit. V.
Paragraph. I

SI autem discriminalia eiecerit, de capite quod Vultuurfo dicunt, uel uirgini libidinosę crines de capite extraxerit, cum XII. solid. componat.

De raptu

De raptu Virginum. Tit. VI.

Paragraph. 1

SI quis Virginem rapuerit,contra ipsius uoluntatẽ,& parẽtum eius,cum XII. solid.componat.& alios quadraginta cogatur in fisco.

Si quis Viduam rapuerit. Tit. VII.

Paragraph. 1

SI autem Viduã rapuerit,quę coacta ex tecto egreditur, propter orfanorũ & propriam penuriam rerum,cum LXXX.solid.componat.& XL. cogatur in fisco, Quia uetanda est talis pręsumptio, & eius defensio in Deo & in Duce, atque in Iudicibus debet consistere.

De fornicatione cum Libera. Tit. VIII.

Paragraph. 1

SI quis cum Libera per cõsensum ipsius fornicauerit, & nolet eam in cõiugium sociare,cum XII.solid.componat. quia nondum spontanea, nec à parentib. sociata, sed in sua libidine maculata est.

Si seruus cum Libera fornicauerit. Tit. IX.

Paragraph. 1

SI seruus cũ Libera fornicauerit,& hoc repertũ fuerit, ille cuius seruus est, red dat illum parentibus eius ad pœnam,quã meruit luendam, uel ad interficiendum.& amplius nihil cogatur exsoluere,quia talis pręsumptio, excitat inimicitiam in populo.

Si cum Libera manu missa fornicauerit. Tit. X.

Paragraph. 1

SI cum manu missa, quam[a] Frilazin uocant, & maritum habet, concubuerit, cum XII.solid.componat parentibus,uel domino,uel marito eius.

Si cum uirgine manu missa. Tit. XI.

Paragraph. 1

SI quis cum uirgine, quæ dimissa est libera,cõcubuerit,cũ VIII.solid. componat. parentibus, uel domino.

Si cum Ancilla alterius. Tit. XII.

Paragraph. 1

SI quis cum Ancilla alterius maritata,cum XX.solid. componat domino.

Cum ancilla Virgine. Tit. XIII.

Paragraph. 1

SI quis cum ancilla Virgine concubuerit,cum IIII.solid.componat.

Si quis propter inuidiam uxorem dimiserit. Tit. XIIII.

Paragraph. 1

SI quis liber,liberam uxorem suam,sine aliquo uitio,per inuidiam dimiserit,cũ XL.solid.componat parentibus,mulieri autem dotem suam,secundum Genealogiam suam soluat legitimè, & quicquid illa de rebus parentum ibi adduxit, omnia reddantur mulieri illi.

Si desponsatam non acceperit. Tit. XV.

Paragraph. 1

SI quis liber,post quam sponsauerit alicuius filiam liberam, legitimè, sicut lex est,& eam dimiserit, & contra legem aliam duxerit,cum XXIIII.solid. cõponat parentibus,& cum XII.sacramentalibus iuret,de suo genere nominatos, ut nõ per inuidiam parentum eius,nec per ullum crimẽ eam dimisisset,sed propter amorem alterius alteram duxerit, & sic finitum inter illos, & postea donet filiam suam cui uult.

Si alterius sponsam rapuerit. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis sponsam alicuius rapuerit, uel per persuasionē sibi eam duxerit, uxorē ipsam reddat, & componat. bis LXXX. solid. hoc est, CLX.

Si promissione fœminam fraudauerit. Tit. XVII.

Paragraph. I

I quis liberam fœminam suaserit, quasi ad coniugem & in uia eam dimiserit (q Boioarij Vuanclugt uocant) cum XII. solid. componat.

De auerso per potionem facto. Tit. XVIII.

Paragraph. I

I quis mulieri potionem ut auorsum faceret dederit, si ancilla est, CC. flagella suscipiat, & si ingenua, careat liber libertate, seruitio deputatus cui Dux iusserit

Varia de abortu. Tit. XIX.

Paragraph. I

SI quis mulieri, ictu quolibet auorsum fecerit, si mulier mortua fuerit, tanquā homicida teneatur. Si autem tantùm partus extinguitur, si adhuc partus uiuus non fuit, XX. solid. componat. si autem uiuens fuit, Vuirgilt persoluat. LIII. solid. & tremisse.

De compositione aborti perpetrati. Tit. XX.

Paragraph. I

SI auorsum fecerit, in primis XII. solid. cogatur exsoluere.

II

Deinde ipse & posteri sui, per singulos annos, id est, autum nos singulos, solidū soluant, usq; in septimam propinquitatem, de patre in filios.

III

Et si neglectum unius anni fecerint, tunc iterum XII. solid. soluere cogantur. & deinceps ordine præfato, donec series rationabilis impleatur. Propterea diutur nam iudicauerūt antecessores nostri compositionem, & Iudices, quā primum religio Christianitatis inoleuit in mundo: quia diuturnam postquam incarnationē suscepit anima, quam uis ad natiuitatis lucem minimè peruenisset, patitur pœnā, quia sine sacramento regenerationis, abortiuo modo tradita est ad inferos.

De debilitate auorsi. Tit. XXI.

Paragraph. I

SI uerò ancilla aut quęcunq; persona debilitata fuerit, ut auorsum faceret, si ad huc uiuus non fuit, IIII. solid. componat. Si autem iam uiuus, X. solid. ancillę domino reformentur.

De Furto. Cap XII.

Si Liber furtum fecerit. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis Liber aliquid furauerit, qualemcunq; rem, Niungeldo cōponat, hoc est nouem capita restiuat.

Si quis in publico furauerit. Tit. II.

Paragraph. I

Et si in ecclesia, uel infra curtem Ducis, uel in fabrica, uel in mulino aliquid furauerit, Thrimniungeldo cōpon. hoc est, ter nouēreddat quia istæ III. domus casæ publicæ sunt, & semper patētes. & si negare uoluerit, secundū qualitatē pecunię iuret. si una Saiga furauerit, solus iuret, secundū legē nostrā. Si duas saigas uel am-

uel amplius, usque unum sol. quod sunt tres tremisses, cum sacramẽtale uno iuret, & si amplius quam solidum siue tres denarios, uel usque v. sol. furauerit, cum sacramentalibus VI. iuret.

II

Si bouem domitum, uel uaccam, mulsam, idest, lactantem, furauerit, cum III. sacramentalibus iuret, uel II. campiones pugnent, & sorciant de illis cui dominus fortiorem dederit.

III

Et si maior pecunia furata fuerit, hoc est, XII. solidorũ ualor uel amplius, uel equus tanti pretij, uel mancipium, & negare uoluerit, cum XII. sacramentalibus iuret, de lite sua, uel duos campiones propter hoc pugnent.

Si quis liberum hominem furauerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis liber liberum hominem furauerit, et uendiderit, et exinde probatus fuerit, reducat eum & libertati restituat, & cum LXXX. solidis. componat eum. in publico uerò XL. soluat, propter præsumptionem quam fecit. Et si eum reuocare non potuerit, tunc ipse fur perdat libertatem suam, pro eo quod conlibertum, suum seruitio tradidit. II

Si soluere non ualet vueregelt parentibus, & amplius non requiratur.

De furto nocturno. Tit. IIII.

Paragraph. I

FVr in nocturno tempore captus, in furto, dũ res furtiuas secum portat, si fuerit occisus, nulla hoc homicidij quærela nascatur.

Si alieno seruo furtum persuasum fuerit. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis alienum seruum ad furtum suaderit, aut aliquid damnosum in fraudem domini sui, ut posset accusare eum, & fraus ipsa fuerit detecta per inuestigationem iudicis, dominus nec seruum perdat, nec aliquid damni præ compositione patiatur, sed ille cuius collusione crimen admissum est, tanquam fur damnetur, in nouicuplam, & compositionem cogatur exsoluere. Seruus uerò, quod tulit reddat, & insuper eo ictus flagellorum extensus publicè accipiat.

Qui nesciens à fure quiddam emit. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis à fure nesciens comparauit, requiret accepto spatio uenditorem, quem si non potuerit inuenire, probet se cum sacramento & testibus innocentem, & quod apud eum cognoscitur, ex medietate restituat, & furem quærere non desistat. quod si furem celare uoluerit. periurans, & postea detectus inuentus fuerit, tanquam ille fur, ita in crimine damnetur.

De furto in auro uel alijs speciebus. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis aurum, argentum, iumẽta uel pecora, aut quascumque res, usque sol. X. uel amplius, furauerit, & exinde probatus fuerit, tunc fur comprehensus, Iudici tradatur, & secundum legem uindictæ subiaceat, ut ei qui perdidit in simplo componat. uerum tamen non prius damnetur ad mortis pœnam, quàm simplex de facultatibus furis componat.

Si quis occultè alienum animal interfecerit. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis occultè in nocte uel in die alienum caballum, aut bouem, aut aliquid occiderit, & negauerit. & postea exinde probatus fuerit tanquam furtiuā cōponat.

Si casu occiderit animal alienum. Tit. IX.

Paragraph. I

SI autem non uolens, casu faciente, occiderit alienum animal, & non negauerit consimile dare non tardet. & cadauer mortuum accipiat.

De Tintinnabulo. Tit. X

Paragraph. I

SI quis tintinnabolum furauerit, de caballo, uel de boue, cum solido componat.

II

Si de uacca, cum duobus tremisses componat.

III

Si de minutis pecoribus, cum tremisse componat.

De Horto. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis in Hortum furtiuè alicuius intrauerit, cum III. solid. componat. Et quicquid ibi tulit, secundum legem furtiuam componat.

II

Ita & de Pomarijs lex seruanda est.

De furtiua recomparata. Tit. XII.

Paragraph. I

VT nullus præsumat, furtiuam rem comparare, infra prouinciam, quod comparare uoluerit, prius inquirat si furtiua est an non. Si furtiuū præsumpserit emere & exinde probatus fuerit, & scienter hoc facit, tunc similem rem donet illi, cuius pecuniam cōparauit, & in fisco pro fredo XII. sol. sit culpabilis.

De custodia rei furtiuæ. Tit. XIII.

Paragraph. I

SImiliter ille, qui de manu furis furtiuam rem, ad custodiendam acceperit, quasi consentiens furi, ita componat sicut superius diximus, aut cum uno sacramētale iuret, quod nesciuit furtiuam, quando comparauit, uel quando commendatum suscepit. Vna lex erit utraque, qui emit furtiuam, aut qui commendatum suscepit. si autem illi qui furtiuam rem commendatum suscepit, et querenti domino negauerit, ille fur est, sicut ille qui furauit, & ita componat sicut lex habet.

De compositione à latrone accepta. Tit. XIIII

Paragraph. I

VT nemo de furti comprobato, compositionē aut de latrone ausus sit accipere, nisi ante Iudicem suum iudicetur. Si autem præsumpserit hoc facere, & celauerit Iudici suo, tunc latronis culpæ subiacebit.

Vt sacramenta non cito fiant. Tit. XV.

Paragraph. I

IVdex causam suam bene cognoscat, & prius uel tacitus inquirat, ut eum ueritas latere non possit, nec facilè ad sacràmenta ueniatur.

II

Hoc autem uolumus inter Boioarios in perpetuum custodire, ut causa inuestigata, & quę ueraciter inuenta, apud iudicem sit iudicata. Nulli liceat periurare sed sicut iudicatum est cogatur exsolui. In his uerò causis sacramenta præstentur, in quibus nullam probationem, discusio iudicantis inuenerit.

De fal-

De falsa suggestione. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis contra caput alterius, falsa suggesserit, uel pro quacunque inuidia de iniusta accusatione commouerit, ipsam pœnam, uel damnum, quod alteri intulit excipiat. II

Neminem damnes, antequam inquiras ueritatem. scriptum est, Omnia probate, quod bonum est tenete.

De accusatione serui alterius. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quis seruum accusauerit iniustè alienum, & innocens tormenta pertulerit, pro eo quod innocentem in tormenta tradidit, domino simile mancipiũ reddere non moretur. II

Si uerò innocens in tormentis mortuus fuerit, duos seruos eiusdem meriti, sine dilatione restituat. Si non habuerit seruum, aut unde componat ipse subiaceat seruituti, qui innocentem fecit occidi. I

De Incendio domorum. Cap. XIII.

De immissione ignis per noctem. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis super aliquem innocte ignem imposuerit, & incenderit, liberi uel serui domum, inprimis secundum qualitatem personę, omnia ędificia componat ar que restituat, & quicquid ibi afferit restituat, unaquęque suppellectilia. Quanti liberi nudi euaserint, de ipso incendio, unumquęque cũ suo Hreuunri componat. De fœminis uerè dupletur, & tunc domi culmen, cum XL. solid. componat.

De Scuria incensa. Tit. II

Paragraph. I

DE Scuria liberi, si conclusis parietibus & pessulis cum claue munita fuerit, cum XII. solid. componat.

II

Si autem non fuerit, sed talis quod Boioarij [a] Scofdicunt, absque parietibus, cum VI. solid. componat. III

De illo granario, quod [b] Parc appellant, cum IIII. solid. componat.

IIII

De [c] Mita uerò sullam detegerit, uel incenderit, cum III. sol. componat. De Minore uerò, quod [d] Scopar appellant, cum sol. componat & uniuersa, cum [e] Paraba restituat.

De culmine & eiectione ędificiorum. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis desertauerit, aut culmen eiecerit, quod sępe contingit, aut incẽdio tradiderit, uniuscuiusque, quod [a] Firsfalli dicũt, quia per se constructa sunt, idẽ balnearium, pistoria, coquina, uel cætera huiusmodi, cum III. sol. componat, & restituat dissipata uel incensa.

De igne commisso & extincto. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI autem ignem imposuerit, in domo, ita ut flammã eructuat, & non perarserit, & à familijs liberata fuerit, unumquemque de liberis, cum sua Hreuuaruntiua componat, eo quod illis in [c] Vnuuan, quod dicunt in desperationẽ uitę fecerit: et non componat amplius, nisi tantum quantum ignis præsumpserit.

II

Ducalis uerò disciplina integer permaneat, & si negare uoluerit, de istis cum campione se defendat, aut cum XII. sacramentalibus iuret.

III

De feruorum uerò Firsfalli, uniuscuisque cum manu rescissa componat.

De dissipatione domus. Tit. V.

Paragraph. I

MOdo cum domorum incensione sermo perfinitur, censemus incongruum nõ esse, ut de dissipatione domus, & ędificiorum cõpositione edisseremus.

Si quis delicti, uel qualibet causa, præsumptione, uel inimicitia, nec non & incuria, aut certè habitatione, liberi culmen eiecerit, domini domus, LX. solid. componat.

De culmine. Tit. VI.

Paragraph. I

SI eam columnam, à qua culmẽ sustẽtatur, quam [a] firstsul uocãt XII. sol. componat

De columna liminis. Tit. VII.

Paragraph. I

SI interioris ędificij illam columnam eiecerit, quam [b] uuinchilsul uocant, VI. sol. componat.

II

Cętera uerò huius ordinis, cum III. solid. componantur.

III

Exterioris uerò ordinis columnam angularem, cum III. solid. componat.

IIII

Illas alias columnas huius ordinis, singulas cum singulis solid. componat.

De trabibus. Tit. VIII.

Paragraph. I

TRabes uerò singulas, cum III. sol. componat. Exteriores uerò quas [c] Spãgas uocant, eo quod ordinem continent parietum, cum III. solid. componat.

De cæteris ædificij sumptibus. Tit. IX.

Paragraph. I

CAetera uerò id est, asseres, laterculi, axes, uel quicquid in ędificio cõstruitur, singula cum singulis solid. componat.

II

Et si una persona hęc omnia commiserit, in alterius ædificio, amplius non cogatur soluere, quam culminis deiectionem, uel ea quę maiora commiserit, criminamina minora huius personæ non secuntur, non tantum restituenda, secundũ legem.

De Curtis dissipatione. Tit. X.

Paragraph I

SI curtem dissipauerit, aut irrumpetit liber liberi, cum III. solid. componat & restituat damnum.

De sepe rupta. Tit. XI.

Paragraph. I

SI illam sepem irruperit, uel dissipauerit, quem, Ezzisc zum uocant, cum uno solido & restitutione.

II

Superiorem uirgam, quam æthar chartea uocamus, qui sepes continet firmitatem, si eam iniustè reciderit, simili modo cum sol. componat. eo quod minimè tunc sepis uitiatis, animalibus sustinet impetum.

De sig-

De signis ob defensionem positis. Tit. XII.

Paragraph. I

QVi autem signum, quod propter defensionem ponitur, aut iniustum iter, excludendum aut pascendum, uel campum defendendum, uel amplificandum secundum morem antiquum, quod signum * uuiffam uocamus, abstulerit, uel iniustè reciderit, cum uno solid. componat.

De Via publica. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis Viam publicam, ubi Dux egreditur, uel unam æqualem alicuius clauserit, contra legem, cum XII. solid. componat. & illam sepem tollat, & si negare uoluerit, cum XII. sacramentalib. iuret.

De uia conuicinali. Tit. XIIII.

Paragraph. I

DE Via conuicinale, ad pastorale, qui eam alicui contra legem clauserit, cum VI. solidos componat, et aperiat uel cum VI. sacramentalib. iuret.

De Semita. Tit. XV.

SEmitam conuicinalem, si quis clauserit, cum III. solidis componat, aut cum uno sacramentale iuret.

De Fonte inquinato. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI fontem quacunque immunditia coinquinauerit, uel maculauerit, emundet eum, ut prius, ut nulla sit suspitio coinquinationis, & cum VI. solid componat. Si autem plurimorum in uitio puteus fuerit, compositionem inter se multentur. ille uerò puteum in pristinum restituat gradum.

De Violentia. Cap. XIIII.

De Curte. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis in curtem alterius, per uim contra legē intrauerit, cum III. sol. cōponat.

De domo. Tit. II.

Paragraph. I

SI autem in domum per uiolentiam intrauerit, & ibi sitium nihil inuenerit, cum VI. solid. componat. Nemo enim ingreditur alienam domum per uiolentiam, quia hoc scandalum generat.

II

Et postquam intrauerit, & se cognoscerit fecisse iniustè quod intrasset, det * uuadium domini domus, & si ille defuerit, mittat ipsum uuadium supra liminare, & non cogatur amplius soluere, quam III. sol.

De Terminis Ruptis. Cap. XV.

De Limitibus. Tit. I

Paragraph. I

SI quis limites complanauerit, aut terminos fixos fuerit ausus euellere, si Ingenuus est, per singula signa uel notas uicinas III. solid. componat. Si seruus est, per singula signa L. flagella suscipiat.

De Limitibus casu motis. Tit. II

Paragraph. I

SI quis dum arat, uel plantat uineam, terminos casu, non uoluntate euellerit, uicinis

uicinis præsentibus restituat terminum,& nullus damnum patiatur.

De contentione Terminorum. Tit. III.

Paragraph. I

QVotienscunq; de Terminis fuerit orta contentio,signa quę antiquitus cō stituta sunt,oportet inquirere,id est, aggerem terræ, quem propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse ingestum.lapides etiam,quos pro pter indicium terminorum notis euidētibus sculptis, uel constiterit esse defixos.

II

Si hęc signa defuerint,tunc in arborum notis, quas a decorticatas uocant, conuenit obseruare.sed illas quæ antiquitus probantur incisæ.

III

Quod si intra terminos alienos,per absentiam,aut per ignorantiam domini, partem aliquam forte posséderit, statim eam, cū antiquitatis euidentis ab inspe-ctoribus fines agnoscuntur,amittant,domino reformando: nec contra signa euidentia ullum longę possessionis tempus opponat, nisi si comparauit ab aliquo, tunc uenditorem ostendat,& secundum legem definiant.

De nouo termino prohibendo. Tit. IIII.

Paragraph. I

NEmo nouum terminum sine consensu partis alterius aut sine inspectore constituat.Quod si forte liber hoc fecerit, damnum peruasionis excipiat, quod legibus continetur,id est,VI.solid.Si uerò seruus hoc admiserit,domi no nesciente,tunc flagella publicè extensus accipiat,& nullum ex hoc præiudicium domino comparatur.

De signis non euidentibus. Tit. V.

Paragraph. I

QVotiens de Commarchanis contentio nascitur,ubi euidētia signa non appareant,in arboribus,aut in montibus,nec in fluminibus,& iste dicit:huc usque antecessores mei tenuerunt, et in alodem mihi reliquerunt, & ostendit secundum proprium arbitrium locum,alter uerò nihilominus in istius partem ingreditur,alium ostendit locum,secūdum prioris uerba,suam,& suorum antecessorum semper fuisse,usq; in præsens asseritur, & si alia probatio nusquam inuenire dinoscitur,nec utriusq; inuasionem compensare uoluerunt:tūc spondeant inuicē a vuēladinc.quod dicimus,& in campiones:non sortiantur sed cui Deus fortiorem dederit & uictoriam ad ipsius partem designatam, pars utraquem pertineat.

De columnis iacentibus. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis priusquam finita contentio,per Fortiam ædificia eleuare uoluerit, & econtrariò ille alter,iacentibus columnis contradixerit,& inde testem habuerit,& si is propter contumaciam legi obtemperare noluerit,sed suam perfecerit domum,& cetera ędificia sepis eonclusione firmauerit,tunc dicat.Emūdat territorium meum usq; ad legis perfinitionem.& ille ad cōtrarium in suum dicit:Potius se emundare maximè debere.iste uero dicit.Ego dicit,testem habeo,quod ti bi iacentibus columnis contradixi. tunc testes iurantes testimonium præferant, & cum campionibus determinetur sententia.

II

IN cæteris huiusmodi ædificijs,& horum conclusionibus, nullatenus testificatio consistat,sed is qui ædificauit,cum sua lege defendat.

Si autem

III

Si autem cutte adhuc cinctus non fuerit, ille qui defendere uoluerit, iactet secutim sagittam ualentem, contra meridiem, orientem, atque occidentem à Septentrione uerò ut umbra pertingat: amplius non ponat sepem, nisi determinata fuerit contentio.

De materijs non eleuatis. Tit. VII.

Paragraph. I

SI aliquis alicuius materiam in sylua, aut propter inimicitias, uel inuidiam truncauerit, uel læderit, ei aliam similem restituat, & cum solido componat.

II

Si ea sibi in usum miserit, si per conuenientiam non potest, debet ei in mallo placare ad restituendum, & cum solido dum ipsam habet componat.

De pignoribus. Cap. XVI.

Vt minimè liceat pignorare. Tit. I

Paragraph. I

PIgnorare nemini liceat, nisi per iussionem Iudicis. si fortè est aliquis homo tã durus, uel inobediens, aut contumax, rebellis iustitiæ, qui non uult rectè respondere, non uult iustitiam facere, ille est contemptor legis, talis destringatur à iudice.

De eo qui non uult facere iustitiam. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis liber, alicui libero, qui eum mallat, de qualecunque re, dedignabitur iustitiam facere, ille qui quærit causam suã habeat, ibi testes II. uel III. qui audiant et uideãt, qualiter ille respondeat, ut possint ante iudices testes esse. Tunc Iudex iubeat eum in præsenti uenire, & iudicet ei, & comp. XII. solid. quia non dignabatur iustitiam facere ei cui debuit, de qua re si appellatus fuerit, pro fatigatione quod fecerit ei, qui eum componat XII. sol. Et postea respondeat secundum legem, & faciat iustitiam, sicut legem habet, Duci uerò XL. solid.

Si quis contra legem pignorauerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis aliquem contra legem pignorauerit, sine iussione Ducis, pignus sine læsione reddat, & aliud simile addat. Duci uerò pro fredo XL. sol. & illud pignus si læserit, componat quantum re æstimauerit. Quia enim, causa indicat quod talis præsumptio non debet fieri, quia hoc scandalum generat.

II

Et pro omni pignore, quod contra legem tulerit, semper cum VI. sol. componat.

III

Si pignus illud minus ualet, quam VI. sol. tunc pignus reddat, & cum VI. solidis componat. si autem pignus quod tulit, plus ualet quam VI. solidos, ipsum illæsum reddat. Duci uerò pro fredo XL. solid.

De porcis in pignus ablatis. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis contra legem porcos in pignus tulerit, unumquemque cum XII. Saigas componat. Illam ductricem cum tremisse componat.

De ouibus in pignus ablatis. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis oues in pignus contra legem intulerit, taceat de causa, pro qua pignus tulit, et cum solido componat. Nisi forte ille homo, alias res nõ habet, per quas possit pignus tollere, nisi ipsas oues. Si nihil aliud habet, non erit culpabilis, quia necessitas hoc compellit facere.

Si quis messem aut pratum alienum inuaserit. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis messem, uel pratum alterius aruerit, usq; ad tres sulcos, in lõgitudine iugeris, uel in trãsuersa VI. sulcos, cum III. solid. componat. aut si negare uoluerit iuret cum sacramentale uno.

II

Si quis messem iam maturam, in agro furauerit, cum VI. solid. componat. Et si negare uoluerit cum VI. sacramentalib. iuret, secundum legem suam. Si quis messem alterius initiauerit, maleficis artib. & inuentus fuerit, cum XII. solid. componat (quod a Aran scarti dicũt) & familiam eius & omnẽ substantiam eius, uel pecora eius habeat in cura, usq; ad annum, & si aliquid perdiderit homo ille de rebus suis, in illo anno, ille reddat. & si negare uoluerit, cum XII. sacramentalibus iuret, aut cum b campione cincto defendat se, hoc est pugna duorum.

Si quis seruum alienum ad fugiendum persuaserit. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis seruum alienum, ad fugiendum suaderit, & foras terminũ eum duxerit, hoc est foras marca, cum XII. solid. componat. & ipsum reducat, & si negare uoluerit cum XII. sacramentalibus iuret, aut cũ cãpionib. suã quęrat iustitiã.

II

Si ancilla est cum XXIIII. solid. componat, & ipsam reddat.

De Vitiosis animalibus. Cap. XVII.

De Animalibus damnosis. Tit. I.

Paragraph. I

Animalia quæ sepe damnum inferunt, & huius uitij ad suescunt, si se in stipitem maculauerint, introeũdo uel exeundo, & ibi mortui fuerint, si sepis legitimè fuerit exaltata, id est mediocri statura uirili, usq; ad mammas, nihil cogatur solue re dominus sepis.

Si quis Animal in sepem compellit. Tit. II.

Paragraph. I

SI autem alia persona, ipsum animal per uim salire id compellerit, soluat animal, quia iniustè eum in periculum mortis eiecit.

Si Dominus sepis hoc fuerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI ipse Dominus sepis simili modo, ex sua clausura cũ canibus, uel cęteris flagellis eiecerit, cum simili componat.

Si non statim mortua fuerint. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI autem statim mortuum non fuerit, sed uulneratum euaderit, ad domum domini sui, & dominus animalis cognouerit, & dicit ad illum reum, qui ipsum animal cõpellebat in mortẽ, Recipe animal quod lęsisti, quod nos, Auorsam uocamus. Si is autem confessus est, recipiat donec sanetur, & aliud interim ad operatio nem restituat interdũ, quale illud fuerat quod læsit. Si uerò mortuum fuerit, qd in locum posuit teneat possessor animalis lęsi, icti uerò cadauer, quod sanare nequiuerat, ad suum teneat usum.

II

Si autem lęsum animal, quod lędere se compellebat, recipere noluerit, dominus animalis cadauer sibi sumat in usum, & ille alius nihilominus ex integro cogatur exsoluere.

Si ocu-

Si oculum quis alicui animali excusserit. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis alicui caballo, aut boui, uel cuilibet quadrupedi unum oculum excusserit, adpretiet illud pecus, quid ualet, & tertiam partem componat.

Si Boui cornu excusserit. Tit. VI.

Paragraph. I

Si quis boui alterius cornu capite excusserit, cum tremisse componat.

II

Si cornu exilierit & os remanserit duas Saigas donet.

Si caudam excusserit siue aurem. Tit. VII.

Paragraph. I

SI uaccę excusserit, duas saigas componat. Si caudam amputauerit, uel aurem, si equus est quod March dicimus, cum solido componat.

II

Si mediocris fuerit (quod a Vultz uocant) cum medio solido cõponat. & si deterior fuerit (quod b Angargnago dicimus) q in hoste utilis nõ est, cũ tremisse cõp.

III

Similiter qui alterius boui caudam amputauerit, uel aurem cum tremisse componat.

IIII

Si uaccam alterius huiusmodi læderit, cũ II. Saigas componat. & si unum earum contra legem minauerit, quod Suuezcholi dicũt, pari sententię subiaceat.

De Iniustè usis animalibus. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis aũt contumaciter alterius iumento utitur, ꝓpter despectionẽ domini sui, uel quacunq; inimicitia hoc iniustè perpetrauit, hæc uniuersa in componendo duplentur.

II

Vt nemo præsumat alienum animal, neq; porcum, quamuis in damno eum inuenerit, uitiare, sed includat eum, donec domino eius ostendat damnum, & aliqui de uicinis eorum uideant hoc, & designent hoc locũ, qui lęsus est, & alia quæ intacta sunt, usq; ad maturitatem & colligat cuius messis est. Et quantum minus inuenerit in lęsione illa, contra hęc æqualitatem integram, ille reddat cuius animalia fuerunt, & damnum fecerunt.

III

Ita de uinea, & de prato faciat, sicut æstimatores arbitrauerunt, & componunt.

De Commendatis & commodatis. Cap. XVIII.

De Custodia. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis caballum, aut quodlibet animalium genus, ad custodiendum, mercedẽ placito cõmendauerat, si perierit, eiusdem meriti, ille qui commẽdata suscepit, exsoluat, si tamen mercedem susceperit pro custodia.

II

Quod si etiam nullo placito mercedem susceperat, & mortuũ esse prohibuerit nec ille mercedem requirat, tamen ratio est, ut prębeat sacramenta ille, qui commendata susceperat, quod non per suam culpam, nec per suam negligentiam mortua consumpta sint, & reddat corium, & de commodatis forma seruetur.

Si quis aurum alteri commendauerit. Tit II.

Paragraph. 1

SI cui aurum, uel argentũ, uel ornamenta, uel quęcunq; species fuerint cõmendatę, siue custodiẽda traditæ sint, siue uendẽdę. & in domũ ipsius forsitã fuerint incendio concrematę, una cum testibus, qui commendata susceperat, prębeat sacramenta, nihil ex inde suis profuisse compendijs, & nihil cogatur exsoluere, excepto auro & argento, quod ardere non potuerit.

De in incendio furatis. Tit. III.

Paragraph. 1

SI quis fortè, dum domum flammet cõsumpsit, se quasi auxilium adlaturus, ingesserit, & aliquid fortè rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, & si eũ potuit inuenire, ille qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat. & fide cõmendatis rebus apud direptorem aliquid fortè repetit, domino restituere nõ moretur.

De commmendatis furatis. Tit. IIII.

Paragraph. 1

SI uerò qui commendata fuerat, furto probantur ablata, ei qui commendata perdiderat, spatium tribuatur, donec furem suum inuestigatione perquirat, & si eum inuenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare præcurrat, compositio uerò furti, ad eum qui habuit commendatum pertineat. Et si fur non fuit intra statutum tempus inuentus, medietas rerum commendatarum, domino suscipiente reddatur. damnum uerò ex medio utrique sustineat.

De commendatis subtractis. Tit. V.

Paragraph. 1

Et postmodum, si dominus rerum apud eum cui commendauerit, quęcunque fuerint subpressa, uel repressa reperit, cum hęc ille prius redixerit perdidisse uel furto fuisse sublata, sicut fur, eam ab eo exiget, legum statuta recipiat, & compositione cogatur implere.

De re in contentione posita. Tit. VI.

Paragraph. 1

Rem in contentione positam non liceat donare nec uendere.

De Viduis. Cap. XIX.

Quę in uiduitate permanet. Tit. I.

Paragraph. 1

Quæ post mortem mariti, in uiduitate permanet, æqualem inter filios suos, id est, qualem uni ex filijs, usu fructuario habeat portionem, usq; ad tempus uitæ suę usu fructuario iure possideat.

De secundis nuptijs. Tit. II.

Paragraph. 1

Quod si mater ad alias nuptias fortè transierit, ea die usu fructuario portionẽ quam de bonis mariti fuerat cõsecuta, filij inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, uendicabunt: mater uerò, si habet proprias res, & cum dote sua, quam per legem habet egrediatur, & si ibi filios, nec filias generauit, post mortem eius omnia quæ de filijs suis detulit, ad illos reuertantur.

De diui-

De Diuisione inter fratres. Tit. III.

Paragraph. I

Ut fratres hęreditatem patris æqualiter diuidant, quamuis multas mulieres habuisset, & totas liberas fuissent, de genealogia sua, quamuis non æqualiter diues, unusquisq; hęreditatem matris suę possideat. res autem paternas ęqualiter diuidant.

II

Si uerò de ancillis habuerit filios, non accipiant portionem, nisi tantum quantum ei per misericordiam dare uoluerint fratres eius, quia in ueteri lege scriptū est: Non enim hæres erit filius ancillę cum filio liberę. tamen debent misericordiā considerare, quia caro eorum est.

De eo qui sine liberis moritur. Tit. IIII.

Paragraph. I

De eo qui sine filijs & filiabus mortuus est, mulier accipiat portionem suam, dū uiduitatem custodierit, id est medietatem pecunię, medietas autem altera ad propinquos mariti pertineat.

II

Si autem mulier mortua fuerit, aut alium maritum tulit, tunc quod propriū habet, & de mariti rebus, quę per legē ei debētur secūdus accipiat: cęteras res propinquas res prioris mariti accipiant.

III

Si autem maritus, qui nec filios, nec filias, nec nepotes, nec pronepotes, nec ullum de propinquis habet, sed in uxorem aut donatione, aut testamēto, siue partem siue omnes contulerit facultates, & hęc deinceps in uiduitate persistit, & memoriā mariti cū pudicitia castitatis obseruat, omnia quæ à marito ei sunt donata, possideat, & ea in quem uoluerit, pro suo iure transfundat.

De ijs qui sine hęredibus moriuntur. Tit. V.

Paragraph. I

Quod si maritus & mulier sine hęrede mortui fuerint, & nullus usq; ad septimum gradum de propinquis, & quibuscunq; parentibus, inuenitur, tunc illas res Fiscus adquirat.

De Venditionibus. Cap. XX.

Si quis res alienas uendiderit. Tit. I.

Paragraph. I

Si quis uendiderit res alienas, sine uoluntate domini sui, aut seruum, aut ancillā, aut qualemcunq; rem, ipsam per legem reddat, & cōsimilem aliam reddat. & si ipsam non potest inuenire, duas cōsimiles reddat.

Si quis possessionem uendit. Tit. II.

Paragraph. I

Si quis uendiderit possessionem suam alicui, terram cultam, non cultam, pratū, uel syluam, post accepto pretio, ut per cartam, aut per testes comprobetur firma emptio, ille testis, per aurem debet esse tractus, quia sic habet lex, Duo uel tres debent esse testes.

II

Si uenditio fuit uiolenter extorta, id est aut metu mortis, aut per custodiam, nulla ratione firma sit.

Si quis à seruo alieno emerit. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis à seruo alieno aliquid comparauerit, nesciente domino suo. si dominus firmam esse noluerit emptionem, reddatur pretium emptori, & emptio nihil habeat firmitatis, si ipse non habet, consimile reddat.

De contentione uenditæ rei. Tit. IIII.

Paragraph. I

Quotiens de uendita re contentio mouetur, si alienam fuisse cōstiterit, nullus sine domini præiudicio comparetur, & domino, is qui aliena uendere præsumpsit, soluere cogatur duplum. Nihilominus emptori qui accepit pretium, redditurus, & quicquid ad cōparatæ rei profectum studio suæ utilitatis emptor adiecerit, apud locorum Iudices æstimetur, & ei qui laborasse cognoscitur, à uenditore iuris alieni, satisfactio iusta reddatur.

Si quis ingenuum hominem uendiderit. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis ingenuum uendiderit, cum ille suam probauerit libertatem, is qui eum uendidit reducat eum in locum suum, & restituat ei libertatem sicut prius habuit, & cōponat ei XL. solid. Excepto, quod emptori in duplum pretium, quod accepit cogatur exsoluere.

II

Similis ratio dupliciter de fœminis seruetur, & si eum, uel illam foris prouinciam uendiderit, & iterum reducere non potuerit, tunc cum Vueregeldo cōponat. hoc est, CXL. solid. soluat parentibus.

Si seruum proprium uendiderit. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis seruum uendiderit, & forsitan eius nesciens facultates quas habebat, dominus eius, potestatem habeat qui eum uendit, requirendi res eius, ubicunque inuenire potuerit.

Si seruus de suo fuerit redemptus. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis seruus, de peculio suo fuerit redemptus, & hoc dominus forte nescierit, de domini potestate non exeat, quia non pretiū, sed res serui sui, dum ignorat, accepit.

De Commutatione. Tit. VIII.

Paragraph. I

Commutatio, (hoc est quod Cābias uocant) talem qualem emptio habeat firmitatem.

De Venditionis forma. Tit. IX.

Paragraph. I

Venditionis hæc forma seruetur, ut seu res seu mancipium, uel quodlibet genus animalium uenditur, nemo propterea firmitatem uēditionis irrumpat, quod dicat se uili precio uendidisse. sed postquam factum est negotium, non sit mutatum nisi forte uitium inuenerit, quod ille uenditor cœlauit. hoc est, in mancipio, aut in caballo, aut in qualicunque peculio: id est, aut cœcum, aut herniosum, aut † claudum aut leprosum. in animalibus autem, sunt uitia quæ aliquoties cęlare potest uenditor.

† cadiosum

II

Si autem uenditor dixerit uitium, stet emptio, non potest mutare: si autem in illa

illa die,& in alia, & in tertia die,& si plus de tribus noctibus habet,apud se,nō potest mutare,nisi forte eum inuenire non potuerit, infra tres dies. tunc quando inueniat recipiat,qui uitiatum uendidit,aut si non uult recipere,iuret sacramentale uno, Quia uitiū nullū sciebā in illū diem,quādo negotiū fecimus,& fiet factū.

De Arris. Tit. X.

Paragraph. I

Qui Arras dederit,pro quacunq; re, precium cogatur implere, quod placuit emptori,& si non occurrerit ad diem constitutum, uel antea non rogauerūt placitum ampliorem, hoc neglexerit facere,tunc perdat arras, & precium quod debeat, impleat.

De Mancipijs. Tit. XI.

Paragraph. I

Et si de mancipijs si aliquis dicat. Istud mancipium ego comprehendi, extra terminum,ubi Dux exercitum duxit.& alibi Dux illorum per debitam & iustam culpam tulit,& mihi licenter tradidit. Reliqua ornamēta,quę mancipia mea ex propria mea materia laborauerūt,& fecerūt,aut fabri,huiusmodi si fuerint,ꝓpter ea tradidi & firmabo.

II

Si hæc defuerint in superius dictis rebus, nullatenus potest firmare, si autem firmauerit,non potest ab eo infirmari,nisi ipse uoluerit retrahere,si campio quæstoris uicerit.

De Firmatione. Tit. XII.

Paragraph. I

SI firmare promiserit emptori,id est, si uiro addixerit,& non potuerit, per hæc uerba ueritatis,ut supra diximus, & constitutum rapuerit, tunc precium reddat,& talem terram & speciem,qualem se pollicebat firmare,restituat sine mora. Quod ualde reprehensibile est,res alterius dare. quia aliquotiens exinde scādala nascuntur.

II

Simili modo,qui propria donauerit, ut quibusdam iniustis machinamentis sibi sociarit,quod nunquam tenuerat.

III

Si mancipium fuerit,& dicit, Pater meus reliquit mihi hęreditatē suam,aut, Ego in propria domo enutriui eum, de proprijs meis mancipijs natum. Similiter de iumentis,uel huiusmodi quę fuerint adserere,quicquid uēdiderit homo, aut cōparauerit,qualemcunq; rem, omnia sint firmata,aut per chartas, aut per testes, qui hoc probare possint,hoc est de mancipijs, de terra,casis, uel syluis ut postea non sit contentio.

De Pactis & placitis. Cap. XXI. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

Pacta uel placita, quæ per scripturam quamcunq; facta sunt,uel per testes denominatos duos uel amplius, dummodo in eis dies & annus sit euidēter expressus,nulla ratione permitti.

De Testibus. Cap. XXII.

De Vindicatione. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis homo,pratum,uel agrū,uel exartum alterius,contra legem, malo ordine inuaserit,& dicit suum esse propter pręsumptionē,cū VI. solid. cōp.& exeat.

II

Si autem suum uoluerit uindicare,illum agrum,aut pratum, uel exartū uel unde ista contentio est, taliter iudicetur. Iuret cum VI. sacramentalibus, & dicat.

Ego tua opera priora non inuasi contra legem, neque cum VI. solid. componere debeo, nec exire, quia mea opera, & labor prius hic est, quàm tua. tunc dicat ille, qui quęrit. Ego habeo testes, qui hoc sciunt, quod labores de isto campo semper tuli, nemine contradicente, exaraui, mundaui, possedi usque hodie, & pater meus reliquit mihi in possessione sua.

III

Ille homo, qui hoc testificare uoluerit, commarcanus eius debet esse, et debet habere sex solidorum pecuniam, & similem agrū tunc ille testis iuret taliter: Quia ego hoc meis auribus audiui, & oculis meis uidi, quod istius hominis propria opera fuerant in isto agro, prius quàm tua, & laborum ille fructum tulit. Post sacramentum reddat agrum, tunc ille defensor, si sperat, quod iustitia de illo agro suo fuisset, & hoc in pręsenti populo fiat, ne per inuidiam aliquis pereat. dicat ad illum testem mandatum. Iurasti contra me, sponde mihi pugnam duorum, & manifestabit Deus, si mendacium aut ueritatē iurasti cōtra me, & componere debeas cum XII. solid. & illam terram reddere, quam mandatam abstulisti.

IIII

Si uicerit ille qui quærit, componat cum XII. & illam terram reddat. Et si illā terram non potest donare, aliam in proximo, quantum iactus est de securi, fuga uolante. nec cum duplo, nec cū triplo conquirere potuit, & donet ubi habet, & ipsum agrum, quem donet iuret quod talis sit, qualis suis fuerat.

De teste aure tracto. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis testem habuerit, per aurem tractum, de qualibet causa, finita ratione, & hoc confirmant, per testes, post hæc non debet repetere, nec inquirere illum, à quo finiuit rationē suam. Et si uoluerit tunc per testes defendat se, illi testes testificent, sicut scit, unde ad testem per aurem tractus fuit. & hoc per sacramentū confirmet. Non debet testem ueritatis compellere causaticus eius, nisi fortè aliquis testem mendacem habere uoluerit. potest illum cum lege repellere, cum pugna duorum, & dicere. Non tibi traxi testem de ista causa, neque consentio. si autē testis per aurem tractus fuerit, de compositione fienda, uel propter arras, qui donat quasi propinquus, qualēcunque rem, usque dum soluat debitum, & pignus recipiat, illum testem nemo repellat, nec potest, sed consentiat, nisi super mortuum hominem testare uoluerit aliquam causam, illum potest contra dicere cum duorū pugna, & dicere. Defendere hoc uolo cum campione meo, quod dicis, quia & tu mentiris & tuus testis super mortuum meum.

Si testis uictus fuerit. Tit. III.

Paragraph. I

ET si ille uictus fuerit, qui negare testem uoluit, super mortuū suum, tunc amplius pugna duorum non ueniat, quia ad testificationem per uim illum mortuum adquisiuit, sed cū sacramento ut lex est testificetur, & testificatio firma permancat. sed hic discordant nostri Iudices, de pacto, quod ipse qui testem adducit, iurare debeat quod mendacem testem non pręferet, nec de illius testificatione sacramenti, se abstinere debeat.

Si plures fuerint testes. Tit. IIII.

Paragraph. I

ET si plurimi testes fuerint, & ad unum conuentum uenerint, sortiantur illi testes inter se, & cui sors exijt, iuret ille taliter, & dicat ad testem. Sortitus sum, & ad testem me facere uolo. adprætendat manum sui proximi, & dicat.

& dicat sic me Deus adiuuet, & ille cuius manum teneo, quod ego ad testem per aurem tractus fui, de ista causa ad ueritatem dicendam. Tunc solus iuret cum sua manu, postea doner arma sua ad sacrandum, & per ea iuret ipsum uerbum, cum uno sacramentale. & si mendaciter iuret, componat ille, cuius causam abstulit, cū XII. solid. & ipsam causam restituat, aut defendat se cum campione suo, si rectè iurauit, hoc est pugna duorum.

De Çampionibus. Cap. XXIII.

Si Vnus ab altero interfectus fuerit. Tit. I.

Paragraph. I

SI unus ex his ab altero interfectus fuerit, quamuis nobilis sit persona, non componatur amplius, quam XII. solid. & ab eo componatur, qui illum iniustè inuitauit.

Si seruus fuerit. Tit. II.

Paragraph. I

SI seruus est, per domini sui consensum, pari modo ratione subiacebit. si autem XX. solid. componatur.

De his qui propriam Allodem uendiderit. Cap. XXIIII.

Tit. Vnicus.

Paragraph. I

Qui propriam Allodem uendunt, uel quascunq; res, & ab emptore alter abstrahere uoluerit, & sibi sociare in patrimonium, tunc dicit emptor ad uenditorem. Terram, aut quęcūq; fuerit res, abstrahere mihi uult uicinus meus. aut quis fuerit. Et iste respondet, Ego quod tibi donaui, cum lege integra, & uerbis, testificatione firmare uolo. super VI. noctes fiat constiturum, sic deinde dicat, utrisq; cū utręq; partes cōueniūt. Cur inuadere conaris territorium, quod ego iustè iure [a] hęreditatis donaui? & ille alius econtrà. Cur meum donare debuisti, quod mei antecessores tenuerunt? iste uerò dicit. Non ita, sed mei antecessores illud tenuerūt, & mihi Alodē reliquerūt, & uestita est illius manu, cui tradidi, & firmare uolo cum lege. Si statim uoluerit, liberam habet potestatem, sin autem postea, super duas, aut tres, aut certè quatuor noctes ea ratione firmet. per quatuor angulos campi, aut designatis terminis, per hæc uerba, tollat de ipsa terra, uel aratrum circumducat, uel [a] de herbis aut ramis, sylua si fuerit. Ego tibi tradidi, & legitimè firmabo per ternas uices. Dicat hæc uerba, & cum dextera manu tradat, cum sinistra uerò porriget Vuadium huic, qui de terra ipsa cū mallet per hęc uerba. Ecce Vuadium tibi do, quod tuam terram alteri non do, legem faciēdo. Ter ille alter suscipiat Vuadium & donet illum [b] uicessoribus istius ad legem faciendum.

II

Si causa fuerit inter illos pugnæ, dicat ille, qui uuadium suscipiat. Iniustè territorium meū alteri firmasti, id est [c] Farruuisotu ipsum mihi debes reddere. & cum XII. solid. componat. tunc spondeatur pugna duorum. & ad Dei pertineat iudicium.

III

Si autem cum sacramento se defendat, id est cum XII. quod suam terram iniustè, non firmaret alteri, nec suæ dicioni restituere debetur. nec cū XII. solid. comp.

De Mortuis & eorum causis. Cap. XXV.

Si mortuum quis ex monumento fecerit. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis mortuum liberum, de monumento exfodierit, cum XL. solid. componat parentibus

parentibus,& ipsum quod ibi tulit furtiuum componat.

Si quis in fluuium proiecerit. Tit. II.

Paragraph. 1

SI quis liberũ occiderit, furtiuo modo,& in flumine eiecerit cadauer,ut reddere non quiuerit, (quod Boioarij Mordrida dicunt) in primis cum XL. solid. cõponat, eo quod funus ad dignas obsequias reddere non ualet. postea uerò cum suo Vueregeldo componat. & si ipsum cadauer à fluminis alueo ad ripam proiectus fuerit,& à quolibet inuentum, qui iterum cadauer de ripa pinxerit, & exinde probatus fuerit, cum XII. solid. componat.

Si Seruus. Tit. III.

Paragraph. 1

SI seruus furtiuo modo, supra dicto more occisus fuerit, & ita absconsus, quod Garmordrit dicũt, nouuplum componat. id est, CLXXX. solidis.

De Vestitu mortuorum. Tit. IIII.

Paragraph. 1

De uestitu utrorumq;, quod Vualaurapa dicimus, si ipse abstulerit, qui hos interfecit, dupliciter comp. si alter & non ipse reus omnia furtiuo more cõp.

Si laceratur cadauer & uulneratur. Tit. V.

Paragraph. 1

Et sicut sepe contigit, si aquilæ uel ceteræ aues, cadauer reperierint,& super ad lacerandum cõsederint,& aliquis sagittã eiecerit, & cadauer uulnerauerit,& repertum fuerit, cum XII. solid componat.

Si Cadauer læderit. Tit VI.

Paragraph. 1

SImili modo, quicunq; cadauer lęderit, quem alter interfecit, si caput amputauerit, si manum pręciderit, si pedes, si aurẽ, si tantũ, quod profusionẽ sanguinis elicit, quod reputamus, de mortuo, tàm minimã plagam, quàm maximã, semper cum XII. solid. componat.

Si quis humauerit cadauer. Tit. VII.

Paragraph. 1

SI à quolibet mortuus fuerit repertus, & eum humanitatis causa humauerit si requirere uoluerit, parentes uerò soluant ei solidum unum. Aut dominus serui, si seruus fuit. sin autem, à Domino recipiat mercedem, quia scriptũ est. Sepeliendos esse mortuos.

De Eodem. Tit. VIII.

Paragraph. 1

Quia aliquoties conspicimus cadauer hominis cui terra immissa fuerit, & lignum insuper positum, cunctis adstantibus, ut requiratur dominus cadaueris, ut prius terram superinijciat & liberi similiter. filius aut fratres ne rei sint cęteri humatores, quod omnia à falsis iudicibus fuerat æstimatum, non in uerę legis ueritate repertum.

De Nauibus. Cap. XXVI. Tit. Vnicus.

Paragraph. 1

SI quis Nauem alterius tulerit, in loco suo, ipsam illæsam reddat aut similem: & si eã aquã foris traxerit, & abscõderit, & negauerit interrogatus, furtiuũ cõp.

De Canibus. Cap. XXVII. Tit. Vnicus.

Paragraph. 1

SI quis canem Seucem, quem Leisthund dicunt furauerit, aut similem aut ipsum

ipsum reddat,& cum VI.solid.componat.& si negare uoluerit,cum VI.sacramentalib.iuret,secundum legem suam.

II

Si autem seugem doctum,quem [b] Tribhunt uocant furauerit, cum III. solid.componat aut cum sacramentale iuret.

III

Si autem seucem,quo in ligamine uestigium tenet,quem [c] Spurihunt dicūt, furauerit,cum VI.solid componat,& similem aut ipsum reddat.

IIII

De eo cane,quē [d] Bibar hunt dicūt,qui sub terra uenatur,qui occiderit, aliū similem reddat,& cum VII.solid.componat.

V

De canibus,uel [e] tricibus qui leporē non persequitur,sed suum uelocitate cōprehenderit,cum simili reddat,& III.solid componat.

VI

De eo cane,qui dicitur [f] Habughunt pari sententia subiaceant.

VII.

De his canib.qui ursos, uel bubulos, id est maiores feras, quod [g] Suuartz Vuilt dicimus,presequitur,si de his occiderit, cum simile & VI. solid. componat.

VIII

Qui uerò pastoralem, qui lupum mordet, occidit.cum III.solid. componat.

IX

Si autem canem,qui curtem domini sui defendat, quem [h] Houauuart dicūt occiderit post occasum solis, in nocte cum III. solid. componat, quia furtiuū est, Si uerò sole stante hoc fecerit,similem reddat & cum uno solid.componat.

X

Si autem canis per uestimentum,aut per membrum, hominem tenet, & de manu eum percusserit,ut moriatur,similem reddat & amplius non requiratur,& dominus canis,damnum quod canis fecit,medietate componat,ac si ipse fecisset. si hoc non uoluerit,canem non requirat.

De Accipitribus. Cap. XXVIII. Tit. Vnicus.

Paragraph I

SI Accipitrem occiderit,quem [a] Dirana harij dicunt,cum VI. solid. componat. & similem, & cū uno sacramentale iuret,ut aduolare & capere similis sit.

II

Accipitrem illum,quem [b] Anothapuch dicimus,cum solido & simili comp.

III

De [c] sparuarijs uerò pari sententia subiaceat cū solid.& simili restituendi, & cum sacramento ut talis sint,qualis interfectione damnauit.

IIII

Si uerò capta fuerint,per omnia furtiuum cogātur ex soluere furto ut lex cō(pellit.

V

De his auibus,quę de saluaticis per documenta humana domesticentur industria,& per curtes nobilium mansuescunt,uolitare atq; cantare,cum solido I.et simile restituendi componat, atq; insuper ad sacramentum.

De Pomarijs. Cap. XXIX. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

SI quis Pomarium alienū exfodierit,per inuidiā,uel excidauerit arbores fructiferas,ubi XII.siue amplius fuerint,in primis XL.solid.componat.XX. cuius pomarium fuit,& alios XX.in publicum,quia contra legem fecit.& alias arbores similes ibi plantet,& unāquamq; arborem, cū solido cōponat,& omni tempore pomorū

solido

solido donet, usq; illæ arbores fructum faciunt, quas ille plantauit.

De Nemoribus. Cap. XXX. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

SI quis aliena Nemora præciderit, ubi[a] porcorũ esca & robur est, cũ solido & simile componat. & si amplius usq; ad numerũ III. per singulos singulũ restituat, deinde arborũ numerositatem restituere cogatur, & de his quæ nondum fructũ portauerunt, cum tremisse, & simile restituat.

II

De Fagis uerò, cum tremisse & simile restituendi censemus, usq; ad numerũ VI. solidorum per singulas arbores XVIII. & si amplius damnum infert, non cogatẽ ponere, nisi numerum restituẽdi. Si malum, uel pyrum, uel cætera huiusmodi, pari sententia ut fagi perseuerent.

III

Si uerò de minutis syluis,[b] de Vuie uel quacũq;[c] Kancouicton reciderit, cũ solido, & simile componat, & deinceps usq; ad VI. solid. restitutionẽ & cõpositionẽ.

IIII

Si amplius fuerit numerus uegitarum, nõ cogatur componere nisi restituere, cum simile, & sacramento. si autem post compositionem & restitutionem damnum intrauerit inferre, in ipsius nemora, cui cõposuit, nihil excludat cõponendi sententia, sed superioris obseruetur regulæ sententia.

De Apibus. XXXI. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

SI apes, id est examen alicuius, ex apili elapsus fuerit, & in alterius nemus intrauerit, & ille cõsecutus fuerit, tunc impellat eum cuius arbor est, & cum fumo & percussionibus ternis, de terna, uerse securè si potest suũ eijciat examẽ, uerũtamen, ita ut arborẽ non lædat. & quæ remãserint, huius sint cuius arbor est.

II

Si autem in capturas, quę ad capiendas apes ponuntur, idem uasculа apium, simili modo interpellat eum cuius uasculum est, & studeat suum eijcere examen uerumtamen uasculum non aperiat, nec lędat si lignum est, ternis uicibus, si ex corticibus aut ex surculis compositum fuerit, cum pugillo ternis uicib. percutiatur uasculum, & nõ amplius, & quas eiecerit suæ erunt, & quæ remanserũt, ipsius erunt, cuius uasculum est.

III

Si autem dominũ arboris, uel uasculi, non interpellauerit, & sine illius cõscientia, eiectũ domino restituat, & ille cuius uasculum fuerat eum cõpellat quod[a] Vnthprut uocant, & ille alius si negare uoluerit, & dicit suũ consecutum fuisse, tunc cum VI. sacramentalibus iuret, quod ex suo opere, ipsum examen iniustè nõ tulisset, nec illum ad iudicium restituere deberet.

Sententia de auibus nido exceptis subijcitur. Cap. XXXII. Tit. Vnicus.

Paragraph. I

VT nullus de alterius sylua quamuis prius inueniat, aues tollere præsumat, nisi eius[a] cũmarianus fuerit, quẽ[b] Calasneo dicimus, & si alter pręsumpserit, semper restitutionis sacramentum, iniuste putamus, quamuis minima sit quærela, cum III. sacramentalibus iurare lex compellit. De istis sufficit satis.

In nomi-

IN CHRISTI NOmine, incipit Legis Saxonum LIBER.

De Vulneribus. Tit. I.

Paragraph. I



DE ictu nobilis xxx.solid.uel si negat, tertia manu iuret.

II

Liuor & tumor LX.solid.uel sexta manu iuret.

III

Si sanguinat, cum cxx.solid.uel cum undecim iuret.

IIII

Si os pauerit, CLXXX.solid.uel cum undecim iuret.

V

Si os fregerit, uel [a] uulitiuã fecerit corpus, uel coxam, uel brachium perforauerit, CCXL.solid.uel cum undecim iuret.

VI

Si gladio uestem, seu scutum alterius inciderit, XXXVI. solidos componat, uel tertia manu iuret.

VII

Si per capillos alium comprehenderit, cxx. solidos componat uel undecima manu iuret.

VIII

Quicũq; gladio stricto super alterum cucurrerit, & retẽtus ab alio fuerit, XII. solidos componat, uel in manu liti sui, uel sua armata iuret.

IX

Si quis alium de ponte, uel manu, uel ripa in flumen impinxerit, & ille euaserit, XXXVI. solidos componat, uel tertia manu iuret.

X

Si comprehenderit, & ita in aquam proiecerit, cxx. solidos componat, uel cũ undecim iuret.

XI

Qui oculum unum excusserit, DCXX.solid.componat. si ambos, MCCCCXL.solidos componat,

XII

Similiter de una aure, uel ambabus si surdus efficitur.

XIII

Similiter de naso, si abscissus fuerit, DCCXX.solid.componat.

XIIII

Similiter de manibus, de pedibus.

XV

Testiculus si unus abscissus fuerit, DCC XX.solid.si ambo, M. CCCC XL.solidos componat.

XVI

Si auricula, uel oculus, uel nasus, uel manus, uel pes, ita percussa, manca loco

remanserint uel pependerint, medietatem supradictæ compositionis exsoluat. Si mouere ipsum membrum possit, quartam partem componat.

XVII

Pollex totus abscissus, CCC.LX. solid. componatur. Si dimidius, CLXXX. solidis componatur. Si minimus totus CCXL. solid. si unum digiti membrum LXXX. si duo membra CLX. si totum ut supra.

XVIII

Si Index CLXXX. & per singula membra tertia pars totius mulctę componatur.

XIX

Medius & Medicus uterq; CXX. solid. componatur. & per membra eorum, ut de cęteris dictum est.

XX

Pollex pedis, medietate pollicis manus componatur. tres articuli medij, medietate compositionis Medici & Medij digitorum componantur. minimus articulus, medietate unius de tribus articulis componatur.

De Homicidijs. Tit. II.

Paragraph. I

QVi nobilem occiderit, MCCCC.XL. solid. cōponat. Ruoda dicitur apud Saxones. CXX. solidi. & in præmium CXX. solidi.

II

Quicquid de superioribus factis in fœminam committitur, si uirgo fuerit, dupliciter componatur: si iam enixa, simpliciter componatur.

III

Litus occisus CXX. solidis cōponatur: mulcta uerò uulnerum eius, per omnia duodecima parte minor quam nobilis hominis. soluatur autem solido maiori. uel si negat sua manu duodecima iuret. Si in turba uel seditione fuerit occisus, cōp. ab eo, cui mors eius imputatur, uel sacramento duodecim hominū negetur.

IIII

Seruus à nobili occisus XXXVI. solid. componat. uel tribus iurantibus negat. à libero uel lito pleno sacramento negetur.

V

Litus si per iussum uel consilium domini sui hominem occiderit, utputa nobilem, dominus compositionem persoluat, uel Faidā portet. Si autem absq; conscietia domini hoc fecerit, dimittatur à domino, & uindicetur in illo, & alijs septē consanguineis eius à propinquis occisi, & dominus liti, se in hoc cōscium nō esse cum undecim iuret

VI

Si mordum totum quis fecerit, componatur primo in simplo, iuxta conditionem suam, cuius mulctę pars tertia, à proximis eius, qui facinus perpetrauit componenda est. duæ uerò partes ab illo, & insuper octies ab eo componatur. & ille ac filij eius soli sint faidosi.

VII

Si nobilis nobilem extra solum uendiderit, & reducere non potuerit, componat eum, ac si occidisset. Si uerò reduxerit eum, emendet ei, iuxta quod placitare potuerit. Si autem ille sua sponte reuersus fuerit, medietatem Vueregeldi eius componat. De muliere similiter.

VIII

Qui in Ecclesia hominem occiderit, uel aliquid furauerit, uel eam effregerit uel sciens periurauerit, capite puniatur.

Qui

IX

Qui nesciens periurauerit, manum suam redimat, auctor sacramenti.

X

Qui homini ad Ecclesiã, uel de Ecclesia die festo pergenti, id est Dominica, Pascha, Penthecoste, Natale Domini, sanctæ Mariæ, sancti Iohannis Baptistæ, sancti Petri, & sancti Martini, insidias posuerit, eumq; occiderit, capite puniatur. Si non occiderit, tamen insidias fecerit, bannum soluat de reliquis.

De Coniuratione, & læsa dominatione. Tit III.

Paragraph. I

Qui in Regnum, uel in Regem [a] Frãcorum, uel filios eius, de morte cõsiliatus fuerit, capite puniatur.

II

Qui dominum suum occiderit, capite puniatur.

III

Qui filium domini sui occiderit, uel filiam, aut uxorem, aut matrem stuprauerit, iuxta uoluntatem domini occidetur.

IIII

Qui hominem propter Faidam in propria domo occiderit, capite puniatur.

V

Capitis damnatus, nusquam habeat pacem. si in Ecclesiam confugerit, reddatur.

De Furtis. Tit. IIII.

Paragraph. I

Qui caballum furauerit, capite puniatur.

II

Qui aluearium apum infra septa alterius furauerit, capite puniatur.

III.

Extra septa furatum, nouies componendum est.

IIII

Qui noctu domum alterius effodiens, uel effringens intrauerit, & duorum solidorum pretium abstulerit, capite puniatur. Si ibi occisus fuerit, non soluatur.

V

Qui in screona aliquid furauerit, capite puniatur.

VI

Qui bouem quadrimum qui duos solidos ualet, nocte furto abstulerit, capite puniatur.

VII

Qui in re qualicunq;, uel interdiù uel noctu, trium solidorum pretium furto abstulerit, capite puniatur.

VIII

Quicquid uel uno denario minus tribus solidis, quis libet furto abstulerit, nouies componat quod abstulit: & pro fredo, si nobilis fuerit, solidos XII. si liber VI. si litus IIII. & conscius similiter.

De Vi & incendijs, Tit. V.

Paragraph. I

Qui homini in hoste, uel de hoste, ad Palatium, uel de palatio pergenti, malũ aliquod fecerit, in triplo componat.

II

Qui domum alterius, uel noctu, uel interdiù, suo tantum consilio, uolẽs, incenderit.

cenderit capite puniatur.

IIII

Qui alteri dolose, per sacramentum, res proprias tollere uult, duobus aut tribus de eadem prouincia idoneis testibus uincatur, & si plures fuerint melius est.

De coniugijs. Tit. VI.

Paragraph. I

VXorem ducturus, ccc. solid. det parentibus eius.

II

Si autem sine uoluntate parentum, puella tamen consentiente, ducta fuerit, bis ccc solid. parentibus eius componat.

III

Si uerò nec parẽtes, nec puella cõsenserunt, id est, si ui rapta est, parẽtibus eius ccc. solid. puellæ ccxl. componat. eamq́ parentib. restituat.

De Hæredibus & uiduis. Tit. VI.

Paragraph. I

PAter aut mater defuncti, filio, non filiæ, hæreditatem relinquit.

II

Qui mortuus uiduam reliquerit, tutelam eius, filius quem ex alia uxore habuit, accipiat. si is forte defuerit, frater idem defuncti. si frater nõ fuerit, proximus paterni generis eius consanguineus.

III.

Qui uiduam ducere uelit, offerat tutori precium, emptionis eius, consentiẽtibus ad hoc propinquis eius.

IIII

Si tutor abnuerit, conuertat se ad proximos eius, & eorum consensu accipiat illam, paratam habens pecuniam, ut tutori eius, si forte aliquid dicere uelit, dare posit, hoc est solid. ccc.

V

Qui defunctus non filios, sed filias reliquerit, ad eas omnis hæreditas pertineat, tutela uerò earum, fratri, uel proximo paterni generis deputetur.

VI

Si uidua filiã habens nupserit, filiũq́ genuerit, tutela filię ad filiũ, quẽ tunc genuerat, pertineat.

VII

Si autem filium habens nupserit, filiamq́ genuerit, tutela filiæ non ad filium prius genitũ, sed ad fratrem patris, uel ad proximum eius pertineat.

VIII

Qui filiã ac filiũ habuerit, & filius uxore ducta, & filiũ genuerit, & mortuus fuerit, hæreditas patris ad filium filij, id est, nepotem, non ad filiam pertineat.

De Dote. Tit. VII.

Paragraph. I

DOtis ratio duplex est, Ostfalai & Angrarij uolunt: si fœmina filios genuerit, habeat dotem, quàm in nuptijs accepit, quam diu uiuat, filijsq́ dimittat.

II

Si uerò filij, matre superstite moriuntur, ipsaq́ post obierit, dotem proximi eius, in hæreditatem accipiant.

III

Si aũt filios non habuerit, dos ad dantem si uiuit reuertatur, si defunctus est, ad proximos hæredes eius.

IIII

Apud Vuestfalaos, postquã mulier filios genuerit, dotem amittat, si autem nõ genuerit, ad dies suos dotem possideat, post decessum eius, dos ad dantem, uel si deest, ad proximos hæredes eius reuertatur.

De Ac-

De Acquisitis. Tit. VIII.

Paragraph. I

De eo, quod uiret mulier simul conquisierint, mulier mediam portionem accipiat: hoc Apud Vuestfalaos. Apud Ostfalos & Angrarios, nihil accipiat, sed contenta sit dote sua.

De Raptu mulierum. Tit. IX.

Paragraph. I

Qui fœminam ab alio desponsatã rapuerit. ccc. solid. patri puellæ. ccc. sponso componat. & insuper ccc. solidis emat eam.

II

Et si cum matre euntem in uia rapuerit, etiam & matri ccc. solid. componat.

De delictis seruorum. Tit. X.

Paragraph. I

Quicquid seruus, aut Litus iubente domino perpetrauerit, dominus emẽdet.

II

Si seruus scelus quodlibet nesciente domino commiserit, utputa homicidiũ aut furtum, dominus eius, pro illo iuxta qualitatem facti mulctã componat.

III

Si seruus perpetrato facinore fugerit, ita ut à domino ulterius inueniri non posit, nihil soluat.

IIII

Si domino factum serui imputetur, quasi consentiret, sua duodecima manu iurando se purificet.

V

Si seruus iterum à domino receptus fuerit, mulctam pro illo componat.

De Damno casu illato. Tit. XI.

Paragraph. I

Si arbor ab alio præcisa, casu quemlibet oppresserit, componatur mulcta, pleno Vueregildo, à quo arbor præcisa est.

II

Si arbor accensa ceciderit, hominemq; oppresserit, à mane usq; ad mane, uel à uespera usq; ad uesperam, ex quo ignis accensus est. si infra hoc tempus cadens, hominem oppresserit, ab eo qui incendit arborem, componat. Si pòst, nihil soluat.

III

Qui laqueum, fossamúe ad feras capiendas fecerit, & hęc damnum cuilibet fecerint, qui eas fecit, mulctam soluat.

IIII

Si fossa uel laqueus ad feras capiendas pręparata, damnum quodlibet fecerint, à quo parata sunt, componatur.

V

Si ferrum manu elapsum, hominem percusserit, ab eo cuius manum fugerat componatur, excepta Feida.

De Animali quod damnum dat. Tit. XII.

Paragraph. I

Si animal quodlibet, damnum cuilibet intulerit, ab eo cuius esse constiterit,

componatur, excepta Faida.

De eo qui animal læserit. Tit. XIII.

Paragraph. I

QVi in fossam, uel sudem acutam, suæ uel alienæ sepis, pecus quodlibet agitauerit, ibiq; confixum uel cadens perierit mulctam componat.

De Traditionibus. Tit. XIIII.

Paragraph. I

TRaditiones & b uinditiones omnes legitimę, stabiles permaneāt.

II

Nulli liceat traditionem hæreditatis suæ facere, pręter ad Ecclesiam, uel Regi ut hęredem suum exhęredem faciat.

III

Nisi fortè famis necessitate coactus, ut ab illo qui hoc acceperit sustentetur, mancipia liceat illi dare, ac uendere.

De Terra aliena inuasa. Tit. XV.

Paragraph. I

QVi terram suam occupatam ab altero dixerit, adhibitis idoneis testibus, probet eam suam fuisse, si occupator contradixerit campo diiudicetur.

II

Si occupator sibi concrediderit, reddat hoc quod occupauit, non amplius.

De Exulibus. Tit. XVI.

Paragraph. I

LIber homo, qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat, qui iam in exiliū missus est, si hæreditatem suā necessitate coactus, uendere uoluerit, offerat eam primo proximo suo, si ille emere noluerit, offerat tutori suo, uel ei qui tūc à Rege super ipsas res constitutus est. si nec ille uoluerit, uendet eam cuicunque libuerit.

De Liti coniugio. Tit. XVII.

Paragraph. I

LIto Regis, liceat uxorem emere, ubicunq; uoluerit.

II

Sed non liceat ullam fœminam uendere.

De Solidis. Tit. XVIII.

Paragraph. I

SOlidus est duplex, unus habet duos tremisses, quod est bos anniculus, XII. mensium, uel ouis cum agno.

II

Alter solidus III. tremisses, id est bos, XVI. mēsium.

III

Maiori solido aliç compositiones, minori homicidia componuntur.

Lex an-

LEX ANGLIORUM et Vuerinorum, hoc eſt, Thuringorum.

De Homicidijs. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis Adalingum occiderit, DC. ſolid. componat.

II

Qui liberum occiderit, CC. ſolid. componat.

III

Et de utroq; ſi negauerit, cum XI. iuret, aut in campum exeat, utrũ ille noluerit, ad quem cauſa pertinet.

IIII

Qui ſeruum occiderit, XXX. ſolid. componat, aut ſi negauerit cum V. iuret.

De Ictu Iςſis. Tit. II.

Paragraph. I

QVi Adalingum ictu percuſſerit, XXX. ſolid. componat, aut cum V. iuret.

II

Qui liberum X. ſolid. componat, aut cũ quinq; iuret.

De Vulneribus. Tit. III.

Paragraph. I

SAnguinis effuſio Adalingi XXX. ſolidis componatur, aut cum ſex hominũ ſacramento negetur.

II

Liberi hominis X. ſolidis aut ſex hominum ſacramento negetur.

De Fractura oſſium. Tit. IIII.

Paragraph. I

OS fractum Adalingo XC. ſolidis comp. aut XII. hominum ſacramento negetur.

De oſsis fractura in Libero. Tit. V.

Paragraph. I

Libero XXX. ſolidis componatur, aut ſex hominum ſacramento negetur.

De Tranſpunctione & membris Iςſis. Tit. VI.

Paragraph. I

Corpus tranſpunctum ſimiliter.

II

Coxa uel brachium tranſpunctum, ut ſanguinis effuſio.

III

Oculus unus, uel ambo excuſsi Adalingo CCC. ſolidis componãtur.

IIII

Libero C. ſolidis, aut ſi negat, XII. hominum ſacramento negetur.

V

Naſus abſciſſus ſimiliter. Auris ſimiliter. Lingua ſimiliter.

VI

Manus uel pes abſciſſus, ſimiliter. aut ſi manca pependerint medietas componatur.

componatur, excepta Faida.

De eo qui animal læserit. Tit. XIII.

Paragraph. I

QVi in fossam, uel sudem acutam, suæ uel alienæ sepis, pecus quodlibet agitauerit, ibiq; confixum uel cadens perierit mulctam componat.

De Traditionibus. Tit. XIIII.

Paragraph. I

TRaditiones[a] & [b] uinditiones omnes legitimę, stabiles permaneāt.

II

Nulli liceat traditionem hæreditatis suæ facere, pręter ad Ecclesiam, uel Regi ut hęredem suum exhęredem faciat.

III

Nisi fortè famis necessitate coactus, ut ab illo qui hoc acceperit sustentetur, mancipia liceat illi dare, ac uendere.

De Terra aliena inuasa. Tit. XV.

Paragraph. I

QVi terram suam occupatam ab altero dixerit, adhibitis idoneis testibus, probet eam suam fuisse, si occupator contradixerit in campo diiudicetur.

II

Si occupator sibi concrediderit, reddat hoc quod occupauit, non amplius.

De Exulibus. Tit. XVI.

Paragraph. I

LIber homo, qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat, qui iam in exiliū missus est, si hæreditatem suā necessitate coactus, uendere uoluerit, offerat eam primo proximo suo, si ille emere noluerit, offerat tutori suo, uel ei qui tūc à Rege super ipsas res constitutus est. si nec ille uoluerit, uendet eam cuicunque libuerit.

De Liti coniugio. Tit. XVII.

Paragraph. I

LIto Regis, liceat uxorem emere, ubicunq; uoluerit.

II

Sed non liceat ullam fœminam uendere.

De Solidis. Tit. XVIII.

Paragraph. I

SOlidus est duplex, unus habet duos tremisses, quod est bos anniculus, XII. mensium, uel ouis cum agno.

II

Alter solidus III. tremisses, id est bos, XVI. mēsium.

III

Maiori solido alię compositiones, minori homicidia componuntur.

Lexan-

LEX ANGLIORUM et Vuerinorum, hoc est, Thuringorum.

De Homicidijs. Tit. I.

Paragraph. I

SI quis Adalingum occiderit, DC. solid. componat.

II

Qui liberum occiderit, CC. solid. componat.

III

Et de utroq; si negauerit, cum XI. iuret, aut in campum exeat, utrũ ille uoluerit, ad quem causa pertinet.

IIII

Qui seruum occiderit, XXX. solid. componat, aut si negauerit cum V. iuret.

De Ictu Iæsis. Tit. II.

Paragraph. I

QVi Adalingum ictu percusserit, XXX. solid. componat, aut cum V. iuret.

II

Qui liberum X. solid. componat, aut cũ quinq; iuret.

De Vulneribus. Tit. III.

Paragraph. I

SAnguinis effusio Adalingi XXX. solidis componatur, aut cum sex hominũ sacramento negetur.

II

Liberi hominis X. solidis aut sex hominum sacramento negetur.

De Fractura ossium. Tit. IIII.

Paragraph. I

OS fractum Adalingo XC. solidis comp. aut XII. hominum sacramento negetur.

De ossis fractura in Libero. Tit. V.

Paragraph. I

Libero XXX. solidis componatur, aut sex hominum sacramento negetur.

De Transpunctione & membris Iæsis. Tit. VI.

Paragraph. I

Corpus transpunctum similiter.

II

Coxa uel brachium transpunctum, ut sanguinis effusio.

III

Oculus unus, uel ambo excussi Adalingo CCC. solidis componãtur.

IIII

Libero C. solidis, aut si negat, XII. hominum sacramento negetur.

V

Nasus abscissus similiter. Auris similiter. Lingua similiter.

VI

Manus uel pes abscissus, similiter. aut si manca pependerint medietas componatur.

VII

Qui adalingo unum uel ambos testiculos excusserit, ccc. solid. componat.

VIII

Si libero c. solid. componat. uel iuret ut superius. Si uectem similiter.

IX

Qui pollicem absciderit, xxxiii. solid. & tremissem componat.

X

Si Indicē & impudicū similiter.

XI

Si medicum & minimū similiter. Articulus pedis absciſſus ut os fractū comp.

XII

Vulitiuuam L. solid. componant, uel cum sex iuret.

XIII

Qui aliū percusserit, ut surdus fiat, Adalingo ccc. solid. cōpon. Libero c. solid. componat, uel cum XI. iuret.

HAEC IVDITIA VVLEMARVS DICTAVIT.

XIIII

Si cōtra stomacū uulnus factū, claudi nō potuerit, XII. sol. pro ipsa apertiōe cōp.

XV

Si ipse stomachus perforatus fuerit, nec uulnus medicamēto claudi potuerit, pro uulueris apertione, totidem solid. cōponat, quod pro ipso uulnere cōposuit.

XVI

Si intestina uel botelli perforati, claudi nō potuerint, similiter faciāt, id est, totidem solid. apertionem uulnerum componat, quod pro ipsis uulneribus cōposuit.

XVII

Si utraq; coxa, ferro uel quolibet telo traiecto fuerit, VI. solid. componat.

XVIII

Si folliculus testiculorū cum coxa. IX. solid. componat.

XIX

Si utraq; coxa, cum testiculis fuerint perforata XV. solid. componat.

XX

Si quis alium in facie percusserit, ut oculus uel os torqueatur. IIII. solid. comp.

XXI

Si quis alium in brachio uel in crure percusserit, ut ipsa membra decrescant, & ita fuerit subtiliatum, sub duos digitos minuatur, IIII. solid. componat.

XXII

Si unū, duos solid. si digitus dimidius. solid. si sexta pars digiti est, unū tremisſē.

XXIII

Qui a harpatorē, qui cū circulo harpare potest, in manū pcusserit cōp. illud quarta parte maiori cōpositione, q; alteri eiusdē conditionis homini. Aurifici similiter.

XXIIII

Fœminæ b Fresum facienti similiter.

De Alodibus. Tit. VII.

Paragraph. I

HAEREDITATEM DEFVNCTI FILIVS, NON FILIA SVSCIPIAT. SI FILIVM NON HABVIT: QVI DEFVNCTVS EST, AD FILIAM PECVNIA ET MANCIPIA, TERRA VERO, AD PROXIMVM PATERNAE GENERATIONIS CONSANGVINEVM PERTINEAT

II

tad. redd. lat. Si autem, nec filiā † non habuit, soror eius pecuniam & mancipia: terram proximus paternę generationis accipiat.

III

Si aūt nec filium, nec filiam, neq; sororē habuit, sed matrē tantū superstitem reliquit, quod filia, uel soror debuerūt, mater suscipiat, id est, pecuniā & mācipia.

Quod

IIII

Quod si nec filiũ, nec filiã, nec sororẽ, aut matrẽ dimisit superstites, ꝓximus qui fuerit paternę generationis, hęres ex toto succedat, tam in pecunia atq; mancipijs, quam in terra.

V

Ad quemcunq; hęreditas terræ peruenerit, ad illum uestis bellica, id est, lorica & ultio proximi, & solutio leudis, debet pertinere.

VI

Mater moriẽs, filio terrã, mãcipia, pecuniã dimittat, filiæ uerò spolia colli, id est, murenas, nuscas, monilia, inaures, uestes, armillas, uel quicquid ornamẽti proprij uidebat habuisse.

VII

Si nec filiũ, nec filiã habuerit, sororẽ uerò habuerit, sorori pecuniã & mancipia, proximo uerò paterni generis, terrã relinquat, usq; ad quintã generationẽ, paterna generatio succedat.

VIII

Post quintã aũt filia ex toto, siue de patris, siue matris parte, in hęreditatẽ succedat. & tunc demum, hæreditas ad fusum à lancea transeat.

De Furtis. Tit. VIII.

Paragraph. I

Qui gregẽ equarũ, in [a] parrico furatus fuerit, in triplũ cõponi. Si aũt foris gregẽ cõmouit, quot equę fuerũt, tot capita cõmotionis mulctã cõponat, et quot abstulit, tot in triplũ componat, hoc de seruo, boue, uacca, oue, porco, iudicatũ est

II

Qui scrofas sex cũ uerre, quod dicunt [b] son furatus est, in triplũ componat, & delaturam solid. VII. et in freda totidem.

III

Qui ornamenta muliebria, quod [c] rhedo dicunt, furto abstulerit, in triplũ componat, delaturam XII. solid. & in freda similiter.

IIII

Homo in furto occisus, nõ soluat, sed si proximus eius dixerit innocentẽ occisũ, cãpo eũ cõprobet innocentẽ, uel XII. hominũ sacramẽto furẽ credi iustè occisum.

V

Qui hominẽ liberũ, infra patriã uẽdiderit, soluat eũ quasi occisũ, & in fredã sol. XII.

VI

Qui liberũ extrà solũ uẽdiderit, soluat eũ similiter, & in fredã solid. IX. Similiter de fœmina.

VII

Qui liberum ligauerit, X. solid. componat.

VIII

Qui Adalingum XXX. solid. si negat cum XI. iuret. aut campo decernat.

IX

In omni re furto ablata, si is cui res cõponẽda est, dixerit capitale peius esse, q̃ qḋ ablatũ est, iuret debito solus peius non esse ꝙ offert illo quod abstulit, et ita soluat secundum legem.

De Incendio. Tit. IX.

Paragraph. I

Qui domũ alterius noctu incẽderit, damnũ triplo sarciat, & in fredo sol. LX. aut si negat, cum undecim iuret, aut campo decernat.

De Liberto occiso. Tit. X.

Paragraph. I

Seruus à domino per manumissionẽ libertate donatus, si occisus fuerit, LXXX. solid. cõp. uel quicqd ei solui debeat, medietás cõpositionis liberi hominis soluat.

De Vi. Tit. XI.

Paragraph. I

Qui liberam fœminam rapuerit, reddat eam, cum solid. CC. & quicquid cum ea tulit

ea tulit, restituat. addens ad unamquamque rem, solid. x.

II

Si libera fœmina, sine uoluntate patris, aut tutoris, cuilibet nupserit, perdat omnem substantiam quam habuit, uel habere debuit.

III

Qui fœminam nobilem uirginem, nondum parientem occiderit, DC. solid. cōponat. si pariens erit, ter DC. solid. si iam parere desijt, DC. solid.

IIII

Qui liberam non parientem occiderit. bis LXXX. & VI. solid. & duos tremisses componat. si pariens est, DC. solid. si iam desijt CC. solid. componat.

V

Similiter de uiduæ raptu, uel interfectione, iudicatum est.

VI

Qui alterū intra septa propria occiderit, in triplū cōp. uel quicqd dāni ibi cōmiserit, rripliciter emēdet.

VII

Qui nolens, sed casu q̄libet, hominē uulnerauerit, uel occiderit, cōpositionē legitimam soluat.

VIII.

Si seruus liberā fœminā rapuerit, dominus cōpositionē soluat ac si occisa fuisset

IX

Qui domum alterius collecta manu hostiliter circūdederit, trium primorum qui fuerint, unusquisque solid. LX. cōponat. & rei similiter. De cęteris, qui eos secuti sunt, solid. x. unusquisque. & in bannum Regis solid. LX.

Si quadrupes damnum fecerit. Tit. XII.

Paragraph. I

SI quadrupes damnum quodlibet fecerit, possessor pro qualitate damni, uel cōpositionem soluat, uel sacramentum iuret.

De minoribus Causis. Tit. XIII.

Paragraph. I

Quicqd homo alteri fecerit, q iniustū factū dicat, x. sol. cōp. aut cū quinque iuret

De Potestate testandi. Tit. XIIII.

Paragraph. I

Libero homini liceat hæreditatem suam, cui uoluerit tradere.

De Veneficijs. Tit. XV.

Paragraph. I

SI mulier maritū ueneficio dicat occidisse, uel dolo malo ad occidēdū prodidisse, pximus mulieris, campo eam innocentē efficiat: aut si campionem nōn habuerit, ipsa ad nouem uomeres ignitos, exanimanda mittatur.

De Campo. Tit. XVI.

Paragraph. I

A duobus solid. usque ad maximā cōpositionē, in furto & uulnerib. cāpus iudicat

De Delictis seruorum. Tit. XVII.

Paragraph. I

Omne damnum, quod seruus fecerit, dominus emendet.

De Animali alieno læso. Tit. XVIII.

Pararagph. I

Qui quadrupeia alterius, in sepē cuiuslibet, seu fossā minauerit, ibique uel mortua fuerinr, uel damnū aliquod pertulerint, is qui ea minauit, damnū emēdet

II

Si homo laqueū, uel pedicam, uel quodlibet machinamentū, ad capiendas feras in sylua posuerit, ibique pecus uel iumentum alterius captum, uel mortuum fuerit, qui machinamentum fecit, damnum emendet.

Incipit

INCIPIT LEX Frisionum. Et hæc est simpla compositio.

De Homicidijs. Tit. I.

Paragraph. I



SI nobilis nobilẽ occiderit LXXX. sol. cõp. de qua mulcta duę partes ad hęredẽ occisi. tertia ad propinquos eius proximos pertineat.

II

Et si negauerit se illũ occidisse, adhibitis secũ XI. eiusdẽ cõditionis hominibus, iuret.

III

Si nobilis liberum occiderit. solid. LIII. & unum denarium soluat. & si negauerit, cum. VII. sacramentalibus iuret.

Inter Laubachi & Vuisaram cum V. & Cissi similiter.

IIII

Si nobilis litum occiderit, XXVII. solid. uno denario minus componat domino suo, & propinquis occisi solid. IX. excepto tertia parte unius denarij. & si negauerit, cum tribus iuratoribus se excuset.

Inter Laubachi & Vuisaram & Cissi cum duobus.
Inter Vuisaram & Laubachi & Cissi cum XXIII. iuret

V

Si liber nobilem occiderit LXXX. solid. cõponat, aut si negauerit cũ XVII. iuret.

VI

Si liberum occiderit, solid. LIII. & unũ denariũ soluat. et si negauerit, cũ undecim sacramẽtalibus iuret.

VII

Si litum occiderit, solid. XXVII. uno denario minus componat domino suo, & propinquis occisi. solid. IX. excepto tertia parte unius denarij. & si negauerit cum quinque sacramentalibus iuret.

VIII

Si litus nobilẽ occiderit, similiter. LXXX. solid. cõponat. aut si negauerit cũ triginta quinq; iuratoribus suę conditionis, se excuset

Inter Laubachi & Vuisaram & Cissi cum XLVIII. iuret.

IX

Si liberum occiderit, solid. LIII. & unum denarium soluat, & si negauerit cum XXIII. sacramentalibus iuret.

X

Si litum occiderit, solid. XXVII. uno denario minus componat domino suo. & propinquis occisi solidos IX. excepto tertia parte unius denarij. & si neganerit, sibi duodecimus iuret.

Inter Fli & Sincfalam Vueregildus nobilis C. solidi liberi L. liti XXV. solid denarij III. noua moneta.
Inter Laubachi & Vuisaram Vueregild. nobilis CVI. solidi & duo denarij, liberi LIII. solidi & denarium. liti XXVI. solidi & dimidius, & dimidius tremissis.

XI

Si quis homo, siue nobilis, siue liber, siue litus, siue etiam seruus, alterius seruum occiderit, componat eum, iuxta quod fuerit adpretiatus, & dominus eius, ipsius pretij eum fuisse sacramento suo iurauerit.

XII

Quod si quæ libet exprædictis personis, hoc homicidium se perpetrasse negauerit, iuxta quod summa precij occisi mancipij fuerit ęstimata, maiori uel minori sacramento, se excusare debebit.

Inter Laubachi & Vuisaram suam habet compositionem.

Si seruus

XIII

Si seruus nobilem, seu liberum, aut litum, nesciente domino occiderit, dominus eius, cuiuscunque condicionis fuerit, homo qui occisus est, iuret hoc se non iussisse. & mulctam eius pro seruo, bis simplum componat.

XIIII

Aut si seruus hoc se iussu domini sui fecisse dixerit, & dominus non negauerit soluat eum, sicut manu sua occidisset, siue nobilis, siue liber, siue litus sit.

XV

Et si seruus, hoc se perpetrasse negauerit, dominus eius iuret pro illo.

XVI

Si nobilis erat qui occisus est, & nobilis ille, cuius seruus est, cum tribus sacramentalibus iuret.

XVII

Si liber erat, qui occisus est, duas partes prędicti sacramenti, cum duobus nobilibus: & uno libero iuret.

XVIII

Si litus erat, ipse medietatem sacramenti cum uno lito iuret.

XIX

Si dominus serui liber est, & nobilis qui occisus est, sua sexta manu, pro seruo sacramentum perficiat.

XX

Si suę conditionis, id est, liber erat, cum tribus æquè liberis iuret.

XXI

Si litus erat, cum uno libero sacramentali iuret.

Inter Laubacũ & Vuisuram, dominus serui non iuret, sed componat eũ, ac si ipse eũ occidisset.

Forresni. Tit. II.

Paragraph. I

SI nobilis nobilem, per ingeniũ, alio homini ad occidentem exposuerit, & is qui eũ occidit, patria relicta profugerit, qui eum exposuit, tertiã partẽ leudis cõp.

II.

Si uerò homicida nõ fugerit, nihil soluat. sed tantũ inimicitias propinquorũ hominis occisi patiatur, donec quomodo potuerit, eorum amicitiam adipiscatur.

III

Si autem hoc fecisse dicitur, & negauerit, cum tres sacramentalibus iuret: si ille qui hominem occidit, profugium fecit. sin uerò homicida infra patriam est, expositor nihil iuret, sed tantum inimicitias propinquorum occisi hominis patiatur, donec cum eis, quoquomodo potuerit, in gratiam reuertatur.

IIII

Si nobilis liberum hominem exposuisse dicitur, tertiã partẽ leudis eius cõp. si extra patriam fugit, qui hominem occidit: si uerò infra patriam est, nihil soluat. quod si negauerit, similiter sicut de nobili sacramentum iuret, tertia sacramẽti portione adempta, propter uiliorem personam liberi hominis.

V

Si de lito idem scelus ei imputetur, & homicida defuerit, ut superius de libero sacramentum perficiat. adempta ipsius sacramenti dimidia portione, soluens tertiã portionẽ leudis eius si negare non potuerit. & si is qui eũ occidit infra patriã fuerit, sicut superius diximus, expositor nec iuret, nec leudem soluat, sed inimicitias propinquorum occisi patiatur, donec se cum eis reconciliet.

VI

Si liber, in nobilẽ hominẽ, tale scelus dicitur perpetrasse, similiter ut nobilis sacramẽto se excuset, addita super sacramentũ, quod nobilis iurare debet, ipsius sacramenti tertia portione. aut si negare non potuerit, & homicida defuerit, soluat tertiam partem leudis eius. si uerò homicida infra patriam fuerit, nec iuret, nec ali

quid

quid soluat, sed tantum inimicitias propinquorum occisi patiatur, donec cum eis in gratiam reuertatur.

VI

SI uerò de libero, idem scelus ei imputetur, sibi quarto sacramentum iuret, uel si homicida profugerit, tertiam portionem leudis eius componat, si negare nō potuerit. Si uerò homicida infra patriam est, nec iuret, nec aliquid soluat, sed tantū, ut superius faidosus, permaneat, donec in gratiā cū propinquis occisi reuertat.

VII

Si de lito idem agitur, dēpta sacramenti dimidia portione, iurare debebit: aut si negare non potuerit, & homicida profugium fecit, ut superius diximus, tertiā portionem leudis eius componat. Si uerò homicida profugium non fecit, expositor nec iuret, nec aliquid soluat, sed tantum ut superius inimicitias propinquorum occisi patiatur

VIII

Si litus de nobili homine eodem scelere fuerit incriminatus, iuret medietate maiori sacramento, quamlibet de nobili iurare debeat. Aut si negare nō potuerit & homicida defuerit, omnia ut superius, de aliis personis scripta sunt impleat. Sed si de libero idē scelus ei imputet, medietate maiori sacramento iuret, q̄ liber de libero iurare debeat: aut si negare non potuerit, & homicida profugerit, tertiā portionem leudis componat & omnia ut superius dicta sunt, implere compellatur.

IX

Si de lito fuerit incriminatus, sua quarta manu sacramentum perficiat, aut si negauerit, & homicida pfugerit, ea q̄ superius scripta sunt, per ordinē impleat.

HAEC VVLEMARVS ADDIDIT.

Si quis seruum, aut ancillam, caballum, bouem, ouem, uel cuiuscunq; generis animal, uel quodcunq; homo ad usum necessarium in potestate habuerit, arma, uestem, utensilia quælibet, & pecuniam alii ad auferendum exposuerit. Si ille qui abstulit patria profugerit, expositor tertiam portionem compositionis exsoluat. aut si negare uoluerit, maiori uel minori sacramento, prout qualitas pecuniæ fuerit, se excusare debet. Si qui abstulit, non profugit, expositor nec iuret nec soluat, sed tantum inimicitias portet eius cuius pecuniam abstulit.

Thiubda. Tit. III.

Paragraph. I

SI nobilis furtum quodlibet dicitur perpetrasse, & negare uoluerit, cum quinque sacramentalibus iuret.

II

Aut si negare non potuerit, quod abstulit in duplum restituat, & ad partem Regis LXXX. solid. pro freda componat, hoc est Vueregildum suum.

III

Si liber furti arguatur, & negare uoluerit, sua sexta manu cum æque liberis iuret, aut si confessus fuerit, rem quam abstulit in duplum restituat, & ad partem Regis, pro fredo, Vueregildum suum.

IIII

Litus conditionem suam per omnia similiter faciat, id est, sua sexta manu iuret, uel quod abstulit, in duplum restituat. & Vueregildum suum ad partem Regis, pro freda componat.

V

Si seruus furti reus esse dicatur, dominus eius, in uestimento suo sacramentū pro illo perficiat.

VI

Aut si res grandis erat, in reliquiis iuret, seruum ad aut iudicium Dei, in aqua feruenti examinet.

VII.

Quod si seruus in iudicio probatus apparuerit, uel confessus fuerit, quanti res quæ ablata fuerit, æstimabitur, tantum dominus pro seruo componat. & seruus uapulet, nisi dominus eius, quatuor solidis corium eius redimere uoluerit.

VIII

Si quis in furto depręhēsus fuerit, & ab ipso, qui eum depręhēdit, furti arguatur & negauerit, iuret uterq; solus. & ad examinationem feruentis aquę iudicio Dei probandus accedat: si ille qui fur esse dicitur fuerit conuictus, cōponat Vueregildum suum ad partem Regis & manum LX. solid. redimat, & in simplo furti compositionem exsoluat.

IX

Si uerò is, qui alium furem interpellauit, falso eum calumniatus est, & in iudicio feruentis aquę fuerit conuictus, LX. solidis manum suam redimat.

De Seruo aut iumento alieno occiso. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis seruum alterius occiderit, componat eum iuxta quod à domino eius fuerit æstimatus.

II

Similiter equi, & boues, oues, caprę, porci, & quicquid mobile in animantib. ad usum hominum pertinet, usq; ad canem, ita soluantur, pro ut fuerint à possessore earum adpretiata.

III

Aut si negauerit, iuxta quod Iudex dictauerit, iuret.

Hoc inter Laubaci & Sinefalam.

IIII

Canem a acceptoricium, uel braconē paruum, quem barmbraccum uocāt, IIII. solid. componat.

V

Eum autem, qui lupum occidere solet. tribus solidis.

VI

Qui lacerare lupum, & non occidere solet, duobus solidis.

VII

Canem custodem pecoris, solido componat.

Trans Laub. Canem acceptorem, VIII. Barmbraccum, XII.
Custodem pecorum uel domus IIII qui lupum lacerat. VIII.

IX

Illum uerò qui nihil facere solet, sed tantum in curte & in uilla iacet, uno tremisse componat,

De Hominibus qui sine compositione occidi possunt. Tit. V.

Paragraph. I

CAmpionem, & eum qui in prælio fuerit occisus, & adulterum, & furem, si in fossa qua domū alterius effodere conatur, fuerit repertus, & eum qui domū alterius incendere uolens facem manu tenet, ita ut ignis tectum, uel parietem domus tangat: qui fanū effregit, & infans ab utero sublatus & enecatus à matre.

II

Et si hoc quælibet fœmina fecerit, leudē suam Regi componat, & si negauerit cum V. iuret.

De coniugijs ignoratis. Tit. VI.

Paragraph. I

SI libera fœmina lito nupserit, nesciens eum litū esse, & ille postea de capite suo,

eo quod

eo quod litus sit, fuerit calũniatus: si illa sua sexta manu iurare poterit, quod post quam eum litum esse resciuit, cum eo non concumberet, ipsa libera permaneat, & filij quos procreauit.

II

Si uerò iurare non possit, in cõpositionem mariti sui, una cum filijs suis trãseat

De ª Brand. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis domum alterius incenderit, ipsam domum, & quicquid in ea concrematum est, in duplo componat.

II

Si autem dominum domus, flammis ex ipsa domo egredi compulit, & egressum occidit, componat eum nouies, cuiuscunq; fuerit conditionis, siue nobilis, siue liber, siue litus sit. hęc constitutio ex Edicto Regis processit.

Trans Laubaci in fredam nouies componit Vueregildum suum.

De ª Notnumfti. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis rem quamlibet ui rapuerit, in duplum eam restituere compellatur, & pro freda ᵇ solid. XII. componat. hoc est XXXVI. denarios.

Trans Laubaci in simplo componat.

II

Et pro freda Vueregildum suum.

De ª Farlegani. Tit. IX.

Paragraph. I

SI fœmina quælibet, homini cuilibet fornicando se miscuerit, cõponat ad partẽ Regis Vueregildum suum. hoc nobilis & libera faciant.

II

Lita uerò ad partem domini sui.

III

Si uerò ancilla & uirgo erat, cum qua quislibet homo mœchatus est, componat is qui eam uiolauit, domino eius ᵇ solidos IIII. hoc est denarios XII.

IIII

Si autem ab alio prius fuerit constuprata, solidos III.

V

Si uerò tertius hic erat, qui tunc eam uiolauit, duos solidos.

VI

Si uerò quartus, solidum unum.

VII

Si quintus tremissem unũ, & quotcunq; postea accesserint, tremissem I. tantũ componant. id est ᶜ culpabilis tremissem.

VIII

Si quis puellam uirginem rapuerit, & uiolatam dimiserit, componat ei Vueregildũ eius. siue nobilis, siue libera fuerit ad satisfactionẽ, & ad partem Regis similiter.

IX

Tertium Vueregildum patri, siue tutori puellę.

X

Si autem puella lita fuerit, satisfaciat ei similiter solutione Vueregildi sui, & domino eius decem solidos componat.

XI

Si liberam fœminam, extra uoluntatem parentum eius, uel eorũ qui potestatem eius habent, uxorẽ duxerit, componat tutori eius solid. XX. id est, denarios LX.

XII

Si autem nobilis erat fœmina, solid. XXX.

XIII

Si lita fuerit, solid. x. domino eius persoluere cogatur.

Inter Laubachi & Vuisaram fluuium talis est consuetudo.

XIIII

Si nobilis, seu liber, libero ui aliquid abstulerit, aut ipsum, aut aliud simile, in locum restituat. & XXIIII. solid. pro facti scelere componat. & Vueregildum suum ad partem Regis cogatur exsoluere.

XV

Si autem nobilis, uel liber, nobili ui aliquid abstulerit, medietate maiori compositione facinus cogatur emēdare. & Vueregildum suum, ut superius, ad partē Regis exsoluat.

XVI

Inter litos uis facta, medietate minori compositione soluenda est. Insuper & Vueregildum suum ad partem Regis.

XVII

Si seruus ui aliquid sustulit, dominus eius, pro illo quantitatem rei sublatæ componat, ac si ipse sustulisset, & pro Vueregildo serui IIII. solid. hoc est, denarios XII. ad partem Regis componat.

De Testibus. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis homo super reliquijs sactorū falsum sacramentum iurauerit, ad partem Regis uueregildum suum componat, & alio uueregildo manum suā redimat de coniuratoribus eius unusquisq; uueregildum suum persoluat.

De Lito. Tit. XI.

Paragraph. I

SI liber homo, spontanea uoluntate, uel forte necessitate coactus, nobili, seu libero, seu etiam lito, in personam & in seruitiū litis se subdiderit, & postea se hoc fecisse negare uoluerit, dicat ille, qui eum pro lito habere uisus est. Aut ego te, cū coniuratoribus meis sex, uel septem, uel decem, uel duodecim, uel etiam uiginti, sacramento meo, mihi litum faciam. uel tu, cum tuis coniuratoribus, de mea potestate te debes excusare. Si ille tunc iurare uelit, iuret, & seruitute liberetur. Si autem iurare noluerit, ille qui eum possidere uidebatur, iuret, sicut condixit. & habeat illum, sicut cæteros litos suos.

II

Si litus semetipsū propria pecunia à domino suo redemerit, & unū, uel duos, uel tres, uel quotlibet annos, in libertate uixerit, et iterū à domino de capitis sui cōditione fuerit calumniatus, dicēte ipsi domino. Non te redemisti, nec ego te libertate donaui. Respondeat ille. Aut tu eum iuratoribus tuis, sex uel duodecim, uel uiginti uel etiam si triginta dicere uoluerit, me, tibi sacramento tuo, ad seruitutē adquire: aut me, cum meis iuratoribus tantis, uel tantis, ab hac calūnia liberare permitte. Si ille, qui dominus eius fuerat, cū totidē hominibus, quorū ei propositi sunt, iurare uelit, cōquirat eū sibi ad seruitutē. sin aūt, iuret alter, & in libertate permaneat.

III

Si aut calumniator, aut ille cui calumnia irrogata est, se solū ad sacramēti mysteriū perficiendū protulerit, & dixerit. Ego solus iurare uolo. tu si audes nega sacramentū meū, & armis mecū cōtēde. faciāt etiā illud, si hoc eis ita placuerit, iuret unus, & alius neget, & in cāpum exeant. Hoc & superiori, capitulo cōstitutū est

De Delicto seruorum. Tit. XII.

Paragraph. I

SI seruus rem magnā quamlibet furasse dicatur, uel noxam grandē perpetrasse, dominus eius, in Reliquijs sanctorum pro hac re, iurare debet.

Si uero

II

Si uero de minoribus furtis & noxis, à seruo perpetratis fuerit interpellatus, in uestimento uel pecunia, iurare poterit.

De stupro ancillarum. Tit. XIII.

Paragraph. I

QVi cũ ancilla alterius, quæ nec mulgere, nec molere solet, quã [a] bortmagad uocant, mœchatus fuerit, solid. XII. mulctam domino eius cogatur exsoluere.

De Homine in turba occiso. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI homo quislibet, in seditione ac turba populi fuerit interfectus, nec homicida poterit inueniri, propter multitudinẽ eorũ, qui aderant, licet ei qui compositionẽ ipsius quærere uult, de homicidio usq; ad septẽ homines interpellare, & unicuique eorũ, crimẽ homicidij obijcere. & debet unusquisq; eorũ, sua duodecima manu, obiecti criminis se purificare sacramẽto. Tũc ducẽdi sunt ad Basilicã, & sortes super altare mittẽdi. uel si iuxta Ecclesiã fieri non potuerit, super reliquias Sanctorum. Quæ sortes tales esse debẽt. Duo [a] tali, de uirga præcisæ, quos [b] tenos uocãt, quorũ unus signo crucis [c] insignatur: alius purus dimittitur, & lana mũda obuoluti, super altare, seu Reliquias mittũtur, & Præsbyter si adfuerit, uel si presbyter deest, puer quilibet innocens, unum de ipsis sortibus de altari tollere debet: & interim Deus exorandus, si illi septem qui de homicidio cõmisso iurauerũt, uerum iurassent, euidenti signo ostendat. Si illum qui cruce signatus est sustulerit, innocentes erunt qui iurauerunt: sin uerò alterum sustulit, tunc unusquisq; illorũ septẽ, faciat suã sortẽ, id est tenum de uirga, & signet signo suo, ut eum, tam ille, quã cęteri, qui circunstant cognoscere possint. & obuoluant lana munda, & altari, seu Reliquijs imponantur & presbyter si adfuerit, si uerò non ut superius, puer innocens, unũquemq; eorũ, singillatim de altari tollat, & ei qui suam sortem esse cognouerit, rogat, cuius sortem extremam esse contigerit, ille homicidij compositionem persoluere cogatur, cęteris quorum sortes prius leuatæ sunt, absolutis.

II

Si autem in prima duarum sortium missione, illam quæ crucis signo notata est sustulerit, innocentes erunt, sicut prædiximus, septem qui iurauerunt. & ille, si uelit, alios de eodem homicidio interpellet, & quicũq; interpellatus fuerit, sua duodecima manu perfectorio sacramento, se debet excusare. & in hoc interpellatori sufficiciat: nec ulterius ad sortem quemlibet compellere potest.

Hæc lex inter Laubachi ac Flehum custoditur.

Cæterum inter Flehum & Sincfalam fluuium, pro huiusmodi causa talis est consuetudo

III

Is qui cõpositionem homicidij quærit, in Reliquijs sanctorũ iuret, se non aliũ de hac re interpellaturũ, nisi eos, qui ei ipsius homicidij suspecti sint. & tunc unũ, uel duos, uel etiam tres, aut quatuor, uel quotlibet fuerint, qui eũ, qui occisus est uulnerauerunt, de homicidio interpellet. sed quamuis uiginti aut etiam triginta fuerint, non tamẽ amplius quã septẽ interpellandi sunt, & unusquisq; eorum, qui interpellatus est, sua duodecima manu iuret, et se post sacramẽtũ iudicio Dei examinãdum, feruenti aqua innocentẽ ostendat. qui primus iurauit, primus ad iudiciũ exeat, & sic per ordinem, quũ iudicio probatus inuentus fuerit, compositionẽ homicidij persoluat, & ad partem Regis bis Vueregildum suum. cęteri cõiuratores sicut superius de periuris dictum est.

De eadem re, inter Laubachi & Vu'saram fluuium, talis consuetudo est.

IIII

Ille qui cõpositionẽ homicidij quærit, unũ hominẽ interpellet, homicidã eũ proximi sui uocans, & eum leudem occisi debet persoluere. & ille, si responderit, & dixerit. Se uelle cum coniuratoribus suis sacramento se purgare, dicat ille, qui

 homicidã

homicidam eum interpellauit, se in placito publico eũ interpellare uelle, & ita faciat, interpellet eum in placito, corã iudicibus, & ille qui interpellatus est, si negare non poterit, aliũ ꝙ sibi obiectum est, homicidij reũ ostendat, ꝙ ita facere debet.

V

Producat hominẽ quẽ uoluerit, & iuret ꝙd ille homo, homicidij, de quo ego interpellatus sum, reus est: tenens eum per orã sagi sui. Ille aũt, si hoc sacramentũ negare uelit, iuret, & contra ipsum cum armis suis, in campũ procedat, & utet in ipso certamine conuictus fuerit, & sibi concrediderit, soluat leudem occisi.

VI

Si aũt occisus fuerit, hæres eius proximus, homicidij compositionẽ exsoluat.

VII

In hac tamẽ contentione, licet unicuiq; pro se cãpionẽ mercede cõducere, si eũ inuenire potuerit. si cãpio q mercede cõductus est occisus fuerit, q eũ cõduxit LX. sol. id est, libras III. ad partẽ Regis cõp. insuper, & leudẽ occisi hominis exsoluat.

Et hoc in eadem regione taliter obseruatur.

De Compositionibus uuergildo. Tit. XV.

Paragraph. I

COmpositio hominis nobilis libræ XI. per ueteres denarios.

II

Compositio liberi, libræ V. & dimidia, per ueteres denarios.

III

Compositio liti, libræ II. & unciæ. IX. ex qua duę partes ad dominum pertinent, tertia ad propinquos eius.

IIII

Compositio serui, libra I. & uncię IIII. & dimidia.

Inter Laubaci & Sincfalam.

De Fredo. Tit. XVI.

Paragraph. I

DE homicidio, ad partem dominicã pro freda XXX. solid. componũtur. qui sol. tribus denarijs constat.

Hic Bannus est. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quis in exercitu litem concitauerit, nouies damnum quod effecit componere cogatur, & ad partem dominicam, nouies fredam persoluat.

II

Qui in curte ducis, in Ecclesia, aut in atrio Ecclesiæ hominẽ occiderit, nouies Vueregildum eius componat. & nouies fredam ad partem dominicam.

III

Si quis Legatũ Regis uel ducis occiderit, similiter nouies illum componat, & fredam, similiter nouies ad partem dominicam.

IIII

Qui manu collecta, hostiliter uillã, uel domũ alterius circũdederit, ille quo cęteros collegit & adduxit, Vueregildũ ad partẽ Regis cõp. & qui eũ secuti sunt, unusquisq; solid. XII. & ei cui damnũ, si etiã damnũ illatũ est, in duplo emenderunt.

Vltra in Laubachi uero in simplo.

V (gatur.

Qui mãcipiũ in paganas gẽtes uẽdiderit, uueregild. suũ ad partẽ Regis soluere co-

De die Dominico. Tit. XVIII.

Paragraph. I

QVi opus seruile die Dominico fecerit, ultra Laubachi solid. XII. in cęteris locis Fresiæ III. solidos culpabilis iudicetur.

II

Si seruus hoc fecerit uapulet, aut dominus eius III. solid. pro illo componat.

De Par-

De Parricidijs. Tit. XIX.

Paragraph. I

SI quis patrē suū occiderit, perdat hæreditatem, quę ad eum pertinere debebat.

II

Si quis fratrē suū occiderit, soluat eum proximo hæredi, siue filium, aut filiā habuerit, aut si neuter horū fuerit, soluat patri suo, uel matri suę, uel fratri, uel etiā sorori suæ. ꝙ si nec una de his personis fuerit, soluat eum ad partem Regis.

De mordrito. Tit. XX.

Paragraph. I

QVi obsidem occiderit, nouies eum componat.

II

Si quis hominem occiderit, & absconderit, quod[a] Mordritum uocant, nouē uueregildos componat, aut si negauerit, cum XXXV. iuret.

III

Si seruus dominū suū interfecerit, tormētis interficiatur. Similiter & litus.

De Plagio. Tit. XXI.

Paragraph. I

SI quis hominem, uel nobilis nobilem, aut liberū, uel liber liberū, uel liber nobilē extra patriā uēdiderit, cōp. eum, ac si ab ipso fuisset interfectus. aut eū ab exilio reuocare studeat. si uerò q uēditus fuit reuersus fuerit, & eū q se uēdiderat, de facinore cōuenerit. cōp. ei bis iuxta ꝙ fuerat adp̄tiatus. & sol. XII. ad partē Regis cōp.

Vltra Laubachi uerò Vuergildum suum.

De[a] Dolg. Tit. XXII.

Paragraph. I

SI quis aliū per iram in capitē percusserit, ut eum surdū efficiat XX.IIII solid. cōp.

II

Si mutus efficiatur, sed tamen audire posśit, XVIII. solid. componat.

III

Si quis alium ita percusserit, quod[b] durslegi uocant, dimidiū solidū comp.

IIII

Si autem sanguinem fuderit, componat solidum I.

V

Si eum percusserit ut testa appareat, cum duobus solid. componat.

VI

Si os perforatum fuerit, duodecim solid. componat.

VII

Si membranā, qua cerebrū continetur gladius tetigerit, XVIII. solid. cōponat.

VIII

Si ipsa mēbrana rupta fuerit, ita ut cerebrū exire posśit, XXIIII. solid. compon.

IX

Si quis alteri aurem absciderit, XII. solid. componat.

X

Si nasum absciderit, XXIIII. solid. componat.

XI

Si summam rugā frontis quis ictu transuersam inciderit, duobus sol. comp.

XII

Si subteriorem inciderit, IIII. solid. componat.

XIII

Si tertiam quæ iuxta oculos est, duobus solid. componat.

XIIII

Si supercilium inciderit, duobus solidis componat.

XV

Si palpebram, aut superiorem, aut subteriorē uulnerauerit, duobus sol. cōp.

XVI

Si nasum transpunxerit, XV. solidis componat.

XVII

Si granonem ictu percussam præciderit, duobus solidis componat.

XVIII

Si maxillā inciderit VI. sol. comp.

XIX

Si unum dentem de interioribus excusserit, duobus solid. componat.

XX

Si unum ex angularibus dentibus excusserit, tribus solid. componat.

XXI

Si de molaribus unum excusserit, IIII. solid. componat.

XXII

Si iugulum incisum fuerit, IIII. solid. componat.

XXIII

Si costam transuersam inciderit, duobus solid. componat.

XXIIII

Si brachium ictu supra cubitum confractum fuerit, XII. solid. componat.

XXV

Si infra cubitum unum ossium confractum fuerit, VI. solid. componat.

XXVI

Si utraq; ossa fracta fuerint, XII. solid. componat.

XXVII

Si manus in ipsa iunctura quo brachio adhęret, abscissa fuerit, XLV. sol. comp.

XXVIII

Si pollicem absciderit, XIII. solid. & uno tremisse componat.

XXIX

Si indicem absciderit, VII. solid. componat.

XXX

Si medium absciderit, uno tremisse minus VII. solid. componat.

XXXI

Si annularem absciderit, VIII. solid. componat.

XXXII

Si minimū absciderit VI. sol. cōp.

XXXIII

Si totos V. digitos absciderit, XLI. solid. componat.

XXXIIII

Palma manus abscissa. IIII. solid. componatur.

XXXV

Si quislibet digitus, ex quatuor longioribus, in superioris articuli iunctura, ita percussus fuerit, ut humor ex uulnere decurrat, q; lidu uuagi dicūt, I. sol. cōp.

XXXVI

Si in subteriori articulo hoc contigerit, duobus solid. componat.

XXXVII

Si in tertio articulo fuerit, tribus solid. componat.

XXXVIII

Si in iunctura manus, & brachij hoc euenerit, quatuor solid. componat.

XXXIX

Si in cubito idem euenerit, IIII. solid. componat.

XL

Si in summitate, qua brachium scapulæ iungitur euenerit, IIII. solid. comp.

XLI

Si in pollicis superioris articuli iunctura fuerit, duobus solid. componat.

Si in

XLII

Si in inferiori, tribus solidis componatur.

XLIII

Si ad iuncturā brachij & pollicis fuerit, IIII. solid. componat.

XLIIII

Si in cubito, IIII. si in iunctura scapulæ, similiter IIII. solid. componat.

XLV

Si quis oculum alterius ita percusserit, ut eo ulterius uidere non poßit, XX. solidos & duos tremisses componat.

XLVI

Si totum oculum eruerit, medietatem Vueregildi sui componat.

XLVII

Si quis alium pectus forauerit, XII. solid. componat.

XLVIII

Si præcordia, id est ° herthamon gladio tetigerit, XVIII. solid. componat.

XLIX

Si præcordia perforauerit XXIIII. solid. componat.

L

Si membranam, qua iecor & splen pendent, quod f mithridri dicunt, uulnerauerit, XVIII. solidos componat.

LI

Si illud perforauerit, XXIIII. solid. componat

LII

Si in uentrem uulnerauerit, XII. solid. componat.

LIII

Si g botellum uulnerauerit, XVIII. si perforauerit, XXIIII. solid. componat.

LIIII

Si contra stomachum uulnerauerit XII. solid. componat.

LV

Si stomachū tetigerit gladio ut uulneretur, XVIII. Si perforatus fuerit, XXIIII. solid. cōponat.

LVI

Si botellus de uulnere processerit, & iterū interius remittitur IIII. solid. supra cōpositionē uulneris cōponat, Si de adipe aliquid, pceßerit ut pcidat̄ IIII. sol. cōp.

LVII

Si uerctrum quis alium absciderit. Vueregildum suum componat.

LVIII

Si unum testiculū excußerit, dimidium Vueregildū. si ambo totū compon.

LIX

Si testiculus exierit, per uulnus, & iterum remittitur in locum suum, VI. sol. supra compositionem uulneris componat.

LX

Si coxam supra genu uulnerauerit, & os transuersum fregerit uel præciderit, XII. solid. componat.

LXI

Si tibia subtus genuculo media incisa fuerit, VI. solid. Si tota XII. solid. comp.

LXII

Si pes totus abscissus fuerit, XIV. solid. componat.

LXIII

Si pollicem pedis absciderit, VIII. solid. cōponat. Si proximū digitū VII. Si tertium VI. si quartum V. si quintum IIII. solid. componat. reliqua pars pedis, quæ inter tibiam & digitos est XV. solid. componatur.

Si hu-

LXIIII

Si[h] humor per articulos digitorũ decurrerit, ſicut ſuperius de manu ſcriptũ eſt, ita & in pede componatur.

LXV

Si quis alium iratus per capillos comprehenderit, duobus ſolid. componat. & profreda IIII. ſolid. ad partem Regis.

LXVI

Vulnus, quod longitudinẽ habeat, quãtum inter nec pollicẽ & complicati indicis articulum,[l] ſpannum impleat IIII. ſolidis componatur quod integrę ſpãnæ lõgitudinẽ habuerit, hoc eſt quantũ index & pollex extendi poſſunt VI. ſolid. comp.

LXVII

Quod inter pollicem & medij digiti ſpannum longum fuerit, XIII. ſol. comp.

LXVIII

Quod à cubito, uſq; ad iuncturam manus, longitudine fuerit, duodecim ſol.

LXIX

Quod à cubito uſq; ad ſummitatem pollicis, longum fuerit, XVIII. ſol. comp.

LXX

Quot plenè cubiti, id eſt, ad ſummos digitos manus extenſæ, longitudine fuerit, XXIIII. ſolidis componatur quod ſupra eſt, non componitur.

LXXI

Si de uulnere os exierit, tantę magnitudinis, ut iactũ in ſcutum, trans publicam uiam ſonitus eius audiri poſsit, IIII. ſolid. componat.

LXXII

Si duo oſſa exierint, duo ſolidi adijciantur id eſt, VI[illegible]

LXXIII

Si tria exierint unus ſolid. adijcitur.

LXXIIII

Si minora fuerint, ꝗ ut in ſcuto iacta trans publicã uiã audiri poſsint, dimidio minori cõpoſitione ſoluatur.

LXXV

Vulnera tria, uel quatuor, uel eo amplius uno ictu facta mẽſurantur, & iuxta quod eorum fuerit lõgitudo, compoſitio perſoluatur. Si uerò tria uel quatuor uel quotlibet uulnera, totidem ictibus fuerint facta, quod ex his maximũ fuerit, iuxta ſui longitudinem componatur. cętera uerò remaneant.

LXXVI

Si manus percuſſa manca pependerit, dimidio componatur, quo debuit ſi fuiſſet abſciſſa. pes ſimiliter. digitus ſimiliter, qualiſcũq; fuerit. digitus pedis ſimiliter

LXXVII

Si brachium iuxta ſcapulam abſciſſum fuerit, tribus ſol. & tremiſſe cõponat.

LXXVIII

Si brachium mancum pependerit, medietate, ſi abſciſſum fuiſſet, componat.

LXXIX.

Si quid de brachio, atq; manu, ita de coxa ac pede, iudicatum eſt.

LXXX

Si per uulnus pulmo exeat, quatuor ſolidi ſupra quãtitatẽ uulneris cõponant.

LXXXI

Si ſpiritus per ipſum uulnus exierit VIII. ſolid. componatur.

LXXXII

Qui libero homini manus iniecerit, & eum innocentem ligauerit, XV. ſolid. componat, & duodecim ſolid. pro freda ad partem Regis componat.

LXXXIII

Si quis aliũ iuxta aquã ſtantẽ impinxerit, & in aquã ita ut ſubmergat, piecerit IIII. ſolid componat. & profreda ſolid. II.

Si quis

LXXXIIII
Si quis brachium, uel coxam alterius transpunxerit, VI. solid. componat.

LXXXV
Qui maxillas utrasq;, cũ lingua sagitta uel q̃libet telo transfixerit, XV. sol. cõp.

LXXXVI
Qui utramq; coxam, cum folliculo testiũ telo traiecerit. similiter XV. sol. cõp.

LXXXVII
Si quis hominem casu quolibet, in aquam prolapsum liberauerit, IIII. solid. remunerationem accipiat.

LXXXIX
Si quis liberã fœminam, & non suã, per maxillã strinxerit, duobus sol. comp. IIII. & duos solid. pro freda.

XC.
Si per uerẽda eius comprehẽderit, IIII. solid. comp. & duos solidos pro freda.

Epilogus.

Hæc omnia, ad liberum hominem pertinent.

Nobilis uerò hominis compositio, siue in mulieribus & percussionibus & in omnibus quæ superius scripta sunt, tertia parte maior efficitur.

Liti uerò compositio, siue mulieribus, siue in percussionibus, siue in mancationibus, & in omnibus superius descriptis, medietate minor est, quã liberi hominis.

ADDITIO SAPIENTUM

VULEMARUS.

De Pace Faidosi. Tit. I.

Paragraph. I

HOmo Faidosus, pacem habeat in Ecclesia, in domo sua, ad Ecclesiam eundo, de Ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo. qui hanc pacem effregerit, & hominem occiderit, Nouies XXX. solid. comp.

II
Si uulnerauerit. nouies. XII. solid. comp. ad partem Regis.

III
Si quis caballum furauerit, aut bouem, aut screonam effregerit, capitali sententia puniatur, uel uitam suam pretio redimat.

Compositio Vulnerum. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis alteri manum absciderit, XXV. solid. & V. denarios comp.

II
Si indicem ad imum membrum præciderit, VI. solid, componat.

III
Si medium, in eadem iunctura præciderit. IIII. solidis & dimidium.

IIII
Si annularem, XII. solid. si minimum fuerit solid. V.

Pollex

V

Pollex ex toto abscissus, sic componitur, sicut IIII. digiti, si omnes abscindantur. id est solidis XXII. & dimidio.

VI

Abscissio palmæ, IIII. solid. componatur. si manus abscissa, terram cadens tetigerit, ipse casus, IIII. solidis componatur.

VII

Si digitus quilibet, superiori articulo præcisus fuerit, tertia portio compositionis eius exsoluatur.

VIII

Si in subteriori præcisus fuerit, duæ partes compositionis soluantur.

IX

Si in ima iunctura, id est, ex toto abscissus fuerit, tota solutio componatur.

X

Si non præcisus, sed debilitatus, & inutilis pependerit, medietas.

Hoc totū in triplo componatur. Tit. III.

Paragraph. I

Pes ex toto abscissus, componatur ut manus. id est trib. & L. solidis & tremisse

II

Pollex pedis, undecim solidis, & quarta parte solidi componatur.

III

Proximus digitus pollici, tribus solidis componatur.

IIII

Secundus duobus solidis, et duabus partibus solidi componatur, tertius similiter, quartus similiter.

V

Si tertia pars digiti fuerit abscissa, tertia pats solutionis componatur.

VI

Si duæ partes, similiter duæ partes componātur.

VII

Si totus, tota solutio componatur.

VIII

Si quis alium ita in caput percusserit, ut surdus et mutus efficiatur, ter L. trib. solidis & tremissem comp. si alterum & non utrūq; fuerit, medietas mulctæ cōp.

IX

Si auris ex toto abscissa fuerit, ter XII. solidis componatur.

X

Si nasus abscissus fuerit, ter XX. duos solidos, & tremissem componat.

XI

Si nasus una parte perforatus fuerit, ter IIII. solidis componatur.

XII

Si & cartilago perforata fuerit, ter VIII. solidi componantur.

XIII

Si etiam ex altera parte telum exierit, ita ut tria foramina facta sint, ter XII. solidi componātur.

XIIII

Si maxilla perforata fuerit, ter IIII. solid. componat.

XV

Si supercilīū in transuersum præcisum fuerit, ter IIII. solid. componat.

XVI

Si ex percussione deformitas faciei illata fuerit, quæ de XII. pedum longitudine possit agnosci, quod Vuilitiuam dicunt, ter IIII. solid. componat.

Si grano-

XVII

Si granones præcisi fuerint, ter IIII. solid. componat.

XVIII

Si oculus uel os ita percussa fuerint, ut torqueantur, ter IIII. solid. componat.

XIX

Si palpebra præcisa fuerit, ter IIII. solidi componantur.

XX

Rugas frontis tres, si in trauersum incisa fuerint, ter XII. solid. componantur.

XXI

Si una ter, IIII. solidi.

XXII

Si homo ab alio ita in caput percussus fuerit, ut nec frigus, nec calorem pro uulneris impatientia sufferre possit, ter IIII. solidi componantur.

XXIII

Si quis aliũ in caput ita percusserit, ut testa perforet̃, ter XII. solid. componat.

XXIIII

Si ossa de uulnere exierint, tantæ magnitudinis, ut in scutũ iactũ XII. pedũ spatio distãte homine posśit audiri, unũ ter IIII. sol. cõp. aliud ter duob. tertiũ ter uno solido.

XXV.

Si quis alium percusserit, ut ferrum in osse figatur, ter trib. solid. componat.

XXVI

Si os apparuerit, non tamen incisum fuerit, ter solido & tremisse componat.

XXVII

Os quodcunq; ferro præcisum fuerit, ter IIII. solid. componatur.

XXVIII

Costa si præcisa fuerit, ter tribus solid. componat.

XXIX

Si non præcisa, sed incisa, perconfixa fuerit, ter solido et semisse componatur.

XXX

Si quis aliũ trans costã ita percusserit, ut uulnus ad interiora uenerit, ter XII. sol. cõponat.

XXXI

Si stomachus uel botellus perforatus fuerit, ita ut stercus per uulnus exierit, ter XXIIII. solid. componat.

XXXII

Si quis in iuncturã membrũ cuiuslibet ita percusserit, ut humor ex uulnere decurrat, quem liduuuagi dicunt, ter IIII. solid. componat.

XXXIII

Si quis alium ita percusserit, ut osse inciso, medulla decurrat, ter IIII. sol. cõp.

XXXIIII

Si quis alium uulnerauerit, & ipsum uulnus sanatum, cicatricem depressam & non reliquæ carni æquam duxerit, quod [a] spido dicunt, ter IIII. solid. comp.

XXXV

Si brachium aut crus, percussum fuerit, & ex ipsa percusśione decreſcerit, à sua grosśitudine, quã prius habuerit, quod [b] smelido dicunt, ter IIII. solid. comp.

XXXVI

Qui de anterioribus dentibus unum excusserit, ter duos solid. componat.

XXXVII

Si de angularibus, ter III. solid. componat.

XXXVIII

Si de molaribus ter IIII. solidos.

XXXIX

Sic † crimen alteri de capite abstraxerit, ter IIII. solidos componat. † culpem

N Si illum

XL

Si illum per capillos comprehenderit, similiter ter IIII. solidos componat.

XLI

Qui alium in aquam impinxerit, ita ut mergatur, ter IIII. solid. componat.

XLII

Qui alium fuste percusserit, ut liuidum fiat, ter solidum & semissem comp.

XLIII

Si tantum sanguinem dimiserit, ter solidum componat.

XLIIII

Si quis aliũ unguibus, ceratauerit, ut nõ sanguis sed humor aquosa decurrat quod cladolg uocant, ter X. denarijs Fresionicis componat.

XLV

Si quis aliũ in tergum, aut pectus, ita uulnerauerit, ut uulnus sanari non possit, sed per fistulas sanies decurrat, ter XII. solid. componat.

XLVI

Quodcunq; membrum percussum, ita debilitatũ fuerit, ut ibi inutile pendeat, medietate componatur, quam componi debuit, si penitus fuisset abscissum.

XLVII

Si quis oculum excusserit, ter XL. solidis componat.

XLVIII

Si non oculum excusserit, sed pupillos ter XX. solid. componat.

XLIX

Si quis alij duo, aut tres aut eo amplius, uulnera uno ictu intulerit, & negare uoluerit, quod uno ictu tot uulnera fecisset, liceat ei qui uulneratus est, sua solius manu sacramentũ peragere, q tot uulnera uno ictu ei fuissent illata, & cõpon. Iuxta quod uulneris fuerit magnitudo unumquodq; uulnus, secundum suam longitudinem componendum est.

L

Si longum fuerit quantum summus articulus indicis est, uno solido cõpon.

LI

Si quantum duo articuli indicis sunt, duobus solidis.

LII

Si quantum duo articuli & tertius dimidius, tribus solidis.

LIII

Si quantum totus index IIII. solidis.

LIIII

Si supra longitudinẽ indicis, spatiũ q inter indicẽ & pollicem est fuerit adiectũ, V. solid.

LV

Si adiectus fuerit inferior articulus pollicis VI. solidis.

LVI

Si & superior adijciatur quod uocant a smelo, hoc est, unius spannę longitudinem habuerit, ter VIII. solid. componatur.

LVII

Si quantũ inter pollicẽ & mediũ extẽdi potest, longũ fuerit, ter XII. sol. comp.

LVIII

Si longius fuerit, iterum ad indicis articulos recurrat, & metiatur. & sicut superius adijciatur & solidorum compositio.

Apud occidentales Fresiones, inter Flehi, & Sincfalam quot unciarum fuerit longitudo uulneris, tot solidorum compositione persoluitur: donec ad L. & tres solidos perueniat, & unum tremissem. Ibi nobilis homo centum & VI. solidis & duobus tremisiis simpla compositione soluitur.

Similiter inter Vuisaram & Laubachi. Similiter manum ac pedem.

Hæc

HAEC IVDITIA SAXMVNDVS DICTAVIT.

LIX

Oculum XXV. solidis debere componi.

LX

Qui testiculos alij excusserit, ter L. tres solidos & tremissem.

LXI

Si brachium supra cubitũ, aut coxam, transpunxerit, ter VI. solid. componat.

LXII

Si brachium sub cubito, aut tibiam transpunxerit, ter III. solid. componat.

LXIII

Si nasum transpunxerit, ter XII. solidos.

LXIIII

Si unam parietem transpunxerit VI.

LXV

Si unam maxillam transpunxerit VI. solid.

LXVI

Qui alium in flumine, uel in qualibet aqua, in profundum impinxerit, ut pedibus terram tangere non posit, sed natare debeat, ter XII. solid. componat.

LXVII

Qui alium in periculo aquæ liberauerit, IIII. solid. mercedem accipiat.

LXVIII

Si caballus, aut bos, aut quodlibet animal, homini uulnus intulerit, dominus eius, iuxta qualitatem uulneris, in simplo componere iudicetur. & tres partes de ipsa mulcta componantur, quarta portione dimissa.

Inter Vuisaram & Laubachi tota compositio in simplo persoluitur.

LXIX

Si homo quislibet, telũ manu tenens, & ipsum casu quolibet inciderit super aliũ, extra uoluntatẽ eius, q illud manu tenet, in simplo iuxta qualitatem uulneris cõponatur.

LXX

Similiter & puer, q nõdum XII. annos habet, si cuilibet uulnus intulerit, in simplo componat.

LXXI

Hæc omnes compositiones liberi hominis sunt.

LXXII

Ignobili homini dimidio maioris.

LXXIII

In lito medietate minoris.

Inter Flehi & Sincfalam solidus est duo denarij & dimidius ad nouam monetam.
Inter Vuisaram & Laubaci. duo denarij noui solidus est.

LXXIIII

Si lingua præcisa fuerit, medio Vueregildo componatur.

LXXV

Si quis hominẽ mortuũ effodierit, & ibi aliquid tulerit, ut cętera furta cõp.

VVLEMARVS DICIT.

LXXVI

Si quis liber uxorẽ alterius, contra legem tulerit, reddat eam, & facinus ter L. tribus solid. & tremissem componat. & pro freda ad partẽ Regis Vueregildũ suũ.

LXXVII

Si quis illicitas nuptias contraxerit, separabitur ab uxore sua, et liceat tam ei quàm & uxori legitimè nubere.

LXXVIII

Si uerò separati fuerint, & iterũ ad inuicem fuerint reuersi, Vueregildũ suũ uterque componat.

Inter Laubachi & inter Flehi, tres denarij noua moneta solidum faciunt.

De eo qui alteri uiam contradixerit. Tit. III.

Paragraph. 1

SI liber libero in uia manus iniecerit, & cõtra legẽ uiã contradixerit, aut aliquid tollere uoluerit. ter IIII. solid. cõp. aut si negauerit, solus iurct, in manu proximi

De eo, qui alterum de caballo iactauerit Tit. IIII.

Paragraph. 1

SIc ei componat, quasi eum fuste percussisset. dimidium solidum componat.

De Muliere occisa. Tit. V.

Paragraph. 1

SI quis mulierẽ occiderit soluat eam iuxta conditionem suam, similiter sicut & masculum eiusdem conditionis soluere debet.

SAXMVNDVS.

De Flumine obstruso. Tit. VI.

Paragraph. 1

SI quis in flumine, uiam publicam occluserit. XII. solid. componat.

VVLEMARVS.

De Rebus fugitiuis. Tit. VII.

Paragraph. 1

SI seruus, aut ancilla, aut equus, aut bos aut quodlibet animal, fugiens dominũ suum, ab alio fuerit receptum, & quærenti domino negatũ, & iterum depublicatum, reddat, aut ipsum quod suscepit, aut aliud simile, uel precium eius, & pro furto Vueregildum suum ad partem Regis componat.

De Pignoribus. Tit. VIII.

Paragraph. 1

SI quis in pignus susceperit, aut seruũ aut equũ, & ille seruus aliquod damnum ibi fecerit, ad illũ ptineat, cuius seruus est, non ad illũ qui eũ in pignus suscepit.

II

Si uerò qslibet seruũ alterius, per uim sustulit, pignoris nomine, ꝙ pãt dicũt, & ille damnũ aliquod ibi commiserit, ille qui eum sustulit, pro damni qualitate mulctam cogatur exsoluere.

De compositione. Tit. IX.

Paragraph. 1

VIs, aut furtum, in duplo componitur, & ad freda Vueregildum.

De re prestita. Tit. X.

Paragraph. 1

SI homo alíj equum suum prestiterit, uel quamlibet aliam pecuniam, talem qualis ei præstita est, reddat domino eius: & si forte peioratum reddiderit, componat ei iuxta quantitatem qua rem eius inpeiorauit.

II

Quod si caballus q prestitus erat, ipsum qui illud habuit, calcib. percussit, aut forte occidit, nullus eum soluat.

Hoc tenet Laubachi.

De Honore templorum. Tit. XI.

Paragraph. 1

QVi Fanum effregerit, & ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare & in sabulo quod accessus maris operire solet, finduntur aures eius & castratur, & immolatur Dijs quorum templa uiolauit.

Hec Hactenus.

Leges

IN LEGES BVRgundionum Gundobadi Regis PRAEFATIO.



N DEI NOMINE. Agnoscendi fidei, domini nostri gloriosissimi Gundobadi Regis, Liber Constitutionum, de præteritis, & præsentibus, atq; in perpetuum conseruandis Legibus, editus sub die III. Calendas Aprilis Lugduno, amore iustitię, per quam Deus placatur, & potestas terrenæ dominationis adquiritur. Itaque primum habito consilio, Comitum procerumq; nostrorum, studemus ordinare, ut integritas & æquitas iudicandi, à se omnia pręmia uel corruptiones excludant. Omnes itaque administrãtes ac iudicantes, secundum leges nostras, quę cõmuni tractatu compositæ & emendatæ sunt, inter Burgundionem & Romanum, à pręsenti tempore, iudicare debent: ita, ut nullus aliquid de causis, uel iudicijs pręmij aut commodi nomine, à qualibet parte sperет, aut pręsumat accipere, sed iustitię sola sufficiet integritas iudicandi. Cuius legis conditionem, à nobis credimus imponendã. Ne ullus in quolibet causarum genere, integritatem, suffragijs, aut præmio attẽtare præsumat, à uobis primum æquitatis studia repellens, quod à cunctis sub regno nostro, iudicantibus prohibemus. Nec fiscus noster aliquid amplius pręsumat, quàm quod de solutione mulctæ Legibus legitur constitutum. Sciant itaq; Optimates, Comites, Consiliarij, Domestici, & Maiores domus nostri, & Cancellarij, & Burgundiones quoque & Romani, ciuitatum, aut pagorum Comites, uel Iudices deputati, omnes etiam & milites, nihil se de causis, quæ actæ uel iudicatę fuerint, accepturos, aut à litigantibus promissionis uel pręmij nomine, quęsituri sint, nec partes ad compositionem, ut aliquid sibi accipiãt, à Iudice compellentur. Quod si quis memoratorum corruptus, contra Leges nostras, aut etiam iniustè iudicans, de causa uel iudicij pręmium conuictus fuerit accepisse, ad exemplum omnium probato crimine, capite puniatur, ita ut facultatem eius, in quo uenalitas uindicatur, filijs aut legitimis hęredibus suis, quę in ipso priuata est culpa, non auferant. Notarijs sanè deputatorum iudicum, pro iudiciorum commodis, in causa ultra decem solidos addictis, singulos tremisses censuimus posse sufficere. Intra decem solidos, minora commoda conquæsituri. Inter Romanos uerò, interdicto simili conditione uenalitatis crimine, sicut à parentibus nostris institutum est. Romanis legi-

INCIPIT LEX Burgundionum lata à Gundobado REGE.

De Libertate donandi. Tit. I.

Paragraph. I



DE libertate donādi patribus attributa ex muneribus Regis, quia nihil de preterita patribus donandi licentia, uel munificentia † dominandi legibus fuerat constitutum, pręsenti constitutione, omnium uno uoto & uoluntate decreuimus. Vt patri etiam, antequam diuidat, de communi & facultate, & de labore suo cuilibet donare liceat, absq; terram sortis titulo adquisitam. de qua prioris legis ordo seruabitur. † donandi.

II

Aut si cum filijs diuiserit, & portionem suam tulerit, & postea de alia uxore filios habuerit, de secunda uxore, in illum quam pater accepit, portionem succedant. & illi, qui cum patre diuiserunt, ab eis nihil penitus requirant.

III

Illud etiam huic legi adiungi placuit. Vt si quis de populo nostro, à parentib. nostris, munificentiæ causa, aliquid percepisse dinoscitur, id quod ei collatum est, & iam ex nostra largitate, ut filijs suis relinquat, pręsenti constitutione pręstamus.

IIII

Id etiam statuentes, ut quid etiā de nostro munere perceperunt, aut Deo pręstante perceperint, donatione nostrarum textus ostendant, insuper & posteritas eorum, ea deuotione & fide seruiant, ut habere sibi, & seruare ea circa se parentū nostrorum munere, recognoscant.

De Occisione in populo. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis hominem ingenuum, ex populo nostro cuiuslibet nationis, aut seruum Regis, duntaxat barbarum occidere, dānabili ausu, aut temeritate pręsumpserit, non aliter admissum crimen, quam sanguinis effusione componat.

II

Illud sanè huic legi rationabili censuimus prouisione subiungi, ut si cui fortè à quocunq; illata uis fuerit, ut aut ictibus uerberum, aut uulneribus urgeatur, & dum persequitur percutientem, dolore aut indignatione compulsus, occiderit, atq; ita factum res ipsa, aut idoneis, quibus credi posśit testibus fuerit comprōbarum, medietatem precij, secundum qualitatem personę, occisi parentibus cogatur exsoluere. hoc est.

III

Si optimatem nobilem occiderit, medietatem precij CL. solid.

IIII

Si aliquem de mediocri populo C. solid.

V

De minore persona, septuaginta quinque solid.

VI

Si seruus inconscio domino, hominem occiderit ingenuum, seruus tradatur ad mortem, dominus uerò reddatur indemnis.

VII

Si dominus facti huius conscius fuerit, ambo tradantur ad mortem.

VIII

Si seruus ipse post factum defuerit, dominus pro precio serui, triginta solid. parentibus occisi soluat.

IX

Similiter de seruis Regis, secundum qualitatem personarum, circa interfectoris conditione seruata.

X

Hoc specialiter in huiusmodi causa uniuersitas nouerit obseruandum, inter fecti parentes, nullum nisi homicidam persequendum esse cognoscat. Quia sicut criminosum iubemus extingui, ita nihil sustinere molestiæ patimur innocentem.

De Libertate seruorum. Tit. III.

Paragraph. I

SI quos apud Reges piç memoriæ antecessores nostros, id est Gibicā, Gundamare, Gislarium, Gundarium, patrem quoque nostrum, & patruum liberū libe ramúe fuisse constiterit, in eadem libertate permaneat.

II

Quicunq; sub ijsdem fuerant obnoxij seruituti, in nostro dominio perseuerēt

De Sollicitationibus. Tit. IIII.

Paragraph. I

QVicunq; mancipium alienum sollicitauerit, caballum, equam, bouem, aut uaccam, tam Burgundio, quàm Romanus aut ingenuus furtum auferre prçsumpserit, occidatur.

II

Et de occisi facultatibus, is qui perdidit superius comprehensa, si apud sollicitatorem, aut furem, non potuerit inuenire, in simplo recipiat.

III

Hoc est, pro Mancipio solid. uiginti quinq;. si tamen, sicut dictum est, ipsum non potuerit inuenire.

IIII

Pro Caballo optimo, decem solid. pro mediocri, quinq; solid. pro equa tres. pro boue duos, pro uacca, unum solid.

V

Si uerò seruus furtum fecerit, ipse tradatur ad mortem, & dominus serui, si ipsa animalia, uel mancipium non inueniuntur, sicut superius, in simplo restituat indemnis.

VI

Quicunq; ingenuus tam Burgundio quàm Romanus, porcum, ouem, apē, capram, furatus fuerit, in triplo soluat. secundum formā pretij constituti. & mulctæ nomine solid. duodecim.

VII

Id est. pro Porco, solid. unum.

VIII

Pro oue, solid. unum.

Pro ape

IX

pro ape, solid unum.

X

Pro capra tremissem.

XI

Precia uerò hæc in triplum soluantur.

XII

Si seruus Burgundionis seu Romani furtū, de supra dictis pecoribus ad miserit, seruus tradatur ad pœnam, aut trecentos fustium ictus accipiat, & dominus pro eius crimine simplum soluat. & mulcta ab eo non requiratur.

XIII

Qui tintinnum caballi furtu abstulerit, si ingenuus est, talem caballum alium reddat.

XIIII

Simili de boue conditione seruata.

XV

Si seruus tulerit fustigetur.

XVI

Si autem ingenuus, impedito caballo, pedicam tulerit, eiusdem meritum caballi se redditurum cognoscat.

XVII

Si hoc seruus admiserit, pro singulis quibusque culpis centenos fustium ictus accipiat.

XVIII

Si caballum alienum, ingenuus non permittente domino ascendere præsumpserit, duos solid. illi cuius caballum est, pro unius diei itinere, se daturum esse cognoscat.

XIX

Si uerò amplius, ad legem illam teneatur, quam de caballis inuenticiis iussimus obseruari.

XX

Si seruus hoc fecerit fustigetur.

XXI

Qui de alienis bubus domino incōscio, & non permittente, opera facere præsumpserit, II. solid. soluat.

De Ictu, uel pugno, uel calce. Tit. V.

Paragraph. I

DE his, qui flagello, calce, fuste, uel pugno percusserit. Si quis ingenuum hominē, tali præsumptione percusserit, per singulos ictus, singulos solid. soluat, & mulctæ nomine solid. sex.

II

Si quis seruum alienum percusserit, per singulos ictus, singulos tremisses soluat, mulctæ autē nomine, solid. III.

III

Si quis ingenuum, per capillos corripuerit, si una manu, duos solid. si utraque manu quatuor solid. soluat. & mulctæ nomine sex.

IIII

Si quis libertum, aut seruum alienum, per capillos, siue una manu, siue utraque corripuerit, quemadmodum de ictibus, inter ingenuum, libertum, & seruum descriptio solutionis placuit, ita, & in hac causa, compositiones & mulcta requirantur in Litis.

Si seruus

V

Si seruus ingenuum, pugno percusserit, centum fustium ictus accipiat.

VI

Si uerò dominus serui, cum alio recedit, & seruus illum uult adiuuare, dominus pro ictu serui, solid. I. soluat

De Fugitiuis comprehensis. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis fugitiuum, intra prouincias ad nos pertinētes, corripuerit pro fugitiuo, solid. I. accipiat.

II

Et si fugitiuus caballum secū ducit, pro caballo semissem, pro equa tremissē accipiat, & fugitiuum cum omnibus rebus reddat.

III

Si extra sortem, duos solidos, pro fugitiuo accipiat. pro caballo solid. pro equa semissem.

IIII

Qui fugitiuum secutus fuerit, & casu repugnantem occiderit, omni calumnia careat, aut si is, qui sequitur occisus fuerit, nulla calumnia à domino fugitiui requiratur.

V

Si fugitiuus, cuiuscunq; Burgūdionis seu Romani, captus fuerit, & casu de † aufugit. custodia effugerit, tunc is, cui † fugit iuret, non suo nec suorum colludio, aut con scientia fuisset dimissus. prǽsentis ut dictum est sacramentis datis, nullam calumniam patiatur.

VI

Si quis ingenuus, aut seruus fugienti, nesciens, capillos fecerit: quinq; sol. soluat. si sciens fecerit, fugitiui precium cogatur exsoluere.

VII

Qui fugitiuum sciens, trans flumen transuexerit, pœnam sollicitatoris excipiat.

VIII

Si autem fugitiuus effugerit, sacramenta ut supra dictū est, prǽbeat. aut pro fugitiuo quindecim solid. soluat.

IX

Quod si eum uoluntariè dimisit, uiginti solid. soluat.

X

Si autem ille, qui correptus est, res domini sui, aut alterius secum portat, & in domum illius exhibuerit, simpla solutione restituat.

XI

Si ingenuus fugitiuo Burgundionis, seu Romani, inscius panem dederit, † uiā ostenderit. aut flumen † trāsierit, uel uiam ostēderit, dato sacramēto, nullā calumniā patiatur.

XII

Si ingenuus fugienti literas fecerit, manus incisione damnetur.

XIII

Si seruus hoc fecerit, acceptis trecentis ictibus, manus incisione damnetur.

De Seruis & originarijs accusatis. Tit. VII.

Paragraph. I

DE seruis & originarijs, qui uocantur in crimine, inter Burgundiones & Romanos hęc forma seruabitur. Si à quocūq; crimine obijcitur, q ad pſens probari nō poteſt, id uolumus custodire. ut seu seruus Romani seu Burgūdionis sit q uocatur in culpā: nō cōpellatur dominus sacramenta pbere, pro seruo, neq; p originario,

sed

sed cū crimen obiectū fuerit, siue serui, siue coloni, preciū iuxta personę meritū fiat: ꝙ dominus eius cuius seruus, aut colonus à petitore in pręsente recipiat, aut mancipiū eius meriti consequatur. Quod cū ita factum fuerit, ille qui uocatur in crimine, iudici tradatur ad pœnam. ut si confessus fuerit se admisisse quod obijcitur, precium recipiat, ille, qui dederat. & seruus de confesso crimine occidatur. ita ut de solutione, quod superius statutum est obseruetur.

II

Sin autem, siue seruus siue colonus, in tormentis confessus non fuerit, is qui eum inscripsit, domino suo reddat, & dominus ipsum aut uicarij seruum, quod ꝓ pœna serui innocentis accepit, teneat.

De Ingenuis inculpatis. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis Ingenuus, per suspectionē uocatur in culpam, tam barbarus quàm Romanus, sacramentum prębeat, & cum uxore, & filijs, & propinquis sibi duodecimus iuret.

II

Si uerò uxorem & filios non habuerit, cum patre & matre, numerum impleat. & si illos non habuerit, cum proximis sibi impleat sacramentum.

III

Quod si ei sacramentum de manu, is cui iurandum est, tollere uoluerit, ante quam in ecclesiam ingrediatur, illi qui sacramentum audire iussi sunt (quos à iudicibus ternos semper ad sacramentum audiendum pręcipimus delegare) contestentur se nulla sacramēnta percipere. & non permittatur qui iuraturus erat, post hæc sacramenta pręberē, sed ad nos, illi quod delegebant, de iudicio contendere.

IIII

Si autem permissus iurauerit, & post sacramentum potuerit forte conuinci, in nouigildo se nouerit redditurum eis, quibus præsentibus iudex iusserat dare sacramenta.

V

Si ad locum statuto die uenire dissimulauerit, & ab aliqua fuerit infirmitate, aut publica occupatione non detentus, senos solid. mulctæ nomine inferat.

VI

Quod si infirmitate uel occupatione detentus fuerit, faciat hoc ipsum iudicem scire, quod ad locum tales personas dirigat, quorum fide possint in loco sacramenti pręstare.

VII

Si autem pars, de his quę sacramenta datura erāt ad locū non uenerit, usqꝫ ad horam sextam, expectet pars altera, quod si usqꝫ ad horā sextam non uenerit, absque dilatione soluat.

VIII

Quod si ille non uenerit, qui sacramentum debet accipere, discedat indemnis.

De Violentia. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis Burgundio, aut Romanus, per uim aliquid abstulerit, usque ad pullum, in Nouigildo soluat, secundum precium à nobis constitutum, hoc quod abstulit soluat.

De occi-

De Occisione seruorum. Tit. X.

Paragraph. I

DE interfectione seruorum, inter Burgundiones & Romanos, una conditio teneat. Si quis seruum natione barbarum occiderit, electum, † ministrale, siue expeditionalem, sexaginta solid. inferat, mulctę autem nomine, duodecim solid. †ministeriale

II

Si alium seruum Romanum, siue barbarum, aratorem, aut porcarium, triginta solid. soluat.

III

†aurificem Qui † aurificum occiderit electum, centum quinquaginta solid. soluat.

IIII

Si argentarium c. solid.

V

Si fabrum ferrarium, quinquaginta solid. soluat.

VI

Si carpentarium bonum occiderit, quadraginta solid. soluat.

De Inflictis uulneribus. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis homini Ingenuo, seu seruo brachiū excusserit, medietatem precij soluat.

II

Si non perexcusserit, de uulnere iudicetur.

III

†uulnus quod Si quis, cuicunq; in faciem uulnus inflixerit, in triplum soluat † uulneris qui ueste tegitur.

De Raptu puellarum. Tit. XII.

Paragraph. I

SI uerò puella rapta, incorrupta redierit ad parentes, sexies puellę pretium raptor ex soluat, & mulctę nomine duodecim solid.

II

Si autem raptor, non habuerit unde soluat, puellæ parentibus designetur, faciendi de eo, quicquid ipsi uoluerint.

III

Si uerò puella sua uoluntate expetierit uirum, & ad domum illius uenerit, & ille se cum illa miscuerit, nuptiale pretium in triplum soluat.

IIII

Si autē incorrupta redierit ad domum suam, remota ob omni calumnia reuertatur.

V

Romana uerò puella, si sine uoluntate parentū, & conscientia, se Burgundionis coniugio sociauerit, nihil se de parentum facultatibus nouerit habituram.

De Exartis. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI quis tam Burgundio quàm Romanus, in communi sylua[a] exartum fecerit, aliud tantum de sylua hospiti suo consignet, & exartū quod fecit, remota hospitis communione, possideat.

De Successionibus. Tit. XIIII.

Paragraph. I

DE successionibus inter Burgundiones id uolumus custodiri. Vt si quis filium non reliquerit, in loco filij, filia in patris matrisque hæredita

hæreditatem succedat. & si fortè filium, nec filiam reliquerit, ad sorores, uel propinquos hæreditas redeat.

II

Illud etiam, præsente lege placuit cōtineri. Vt si mulier, sine filijs defuncta fuerit, maritus uxoris, precium quod pro illa dabatur, non requirat.

III

Similiter, si mulier ad maritum uenisse cognoscitur, defuncto sine filijs marito, non requirat mulier, aut parentes eius.

IIII

Si † quis puella, se Deo uouerit, & in castitate permanserit, si duos fratres habuerit, tertiam partem, hereditatis patris accipiat. † qua

V

Hoc est, de ipsa terra quam pater eius sortis iure possidens, mortis timore reliquerit.

VI

Similiter si plures habuerit fratres, portio semper ei debita reseruetur.

VII.

Si unum habuerit tantùm, nō medietatem, sed tertiam partem consequatur: ea scilicet conditione, ut post obitum illius scilicet Monialis, quicquid in usu fructuario, de paternis rebus accepit, ad proximos parentes pertineat. nihil illic exin de alienandi habeat potestatem, nisi fortè quod in matris bonis est, in ornamētis cęterisq́ rebus, aut ex suo labore cōquisita. Hoc his tantū cēsuimus esse prę̄stādū

De Commoto litigio. Tit XV.

Paragraph. I

SI quis ingenuus Burgundio, in domo cuiuslibet rixam incitauerit, sex solid. soluat, illi cuius domus est. & mulctæ nomine, solid. duodecim.

II

Et hoc inter Burgundiones & Romanos uolumus custodire.

III

Si autem seruus, per uim, aut per rixam domum alienā ingressus fuerit, pro solutione ad uindictam c. fustium ictus accipiat. & dominus eius, exinde nullū damnum patiatur.

De Inuestigandis animalibus. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis uestigium, de quolibet animali secutus fuerit, & ad domum alterius uestigio ducente, peruenerit: & si is cuius domus est, intrandi & inquirendi licētiam contradixerit, pro fure teneatur obnoxius, ita ut inquisitionem, nec mulieri liceat denegare.

II

Quod si seruus hoc fortasse, aut ancilla, absentibus dominis prohibuerit, legibus pro fure teneatur obnoxius.

III

Si uerò a Vegius extiterit, & uigaturas uias acceperit, si is cui indicat, inuenire non potuerit, furtum quod prodere mētitur, in simplo soluat.

De Causarum remotione. Tit. XVII.

Paragraph. I

Omnes ergo causæ, quæ inter Burgundiones habitæ sunt, & nō sunt finitæ, usque ad pugnam a Mauricensem, habeantur abolitæ.

II

Si quis sanè seruum suum, aut ancillam cognouerit, recipiat. pro homine ingenuo prius occiso, uiginti solid. inferat, & omni repetitio conquiescat.

III.

Illud quoq; specialius uolumus custodire, ut quicunq; Burgundio, de quacunque causa, ab eo qui illi litem intendit, bis admonitus fuerit, ut dato fideiussore, ad iudicium ueniat, & si nec fideiussorem dare, nec ad iudicium uenire uoluerit, & hoc factũ duobus aut tribus testibus probatur, inferat mulctæ nomine sex solid. & ad iudicium uenire nihilominus compellatur.

IIII

Qua conditione, si Romanus Ingenuus causam habuerit, cum barbaro, aut dominum admoneat, aut actorẽ & si actor iterato admonitus, ad causam dictam, pro originario, siue. commisso non uenerit. c. ictus fustium accipiat.

De eo quod casu contigit. Tit. XVIII.

Paragraph. I

SI quodlibet animal, casu, uel morsu, homini mortem intulerit, iubemus etiam inter Burgundiones, omnem inde calumniã (quia quod casus operatur, non debet ad damnum, aut inquietudinem hominis pertinere) remouere.

II

Ita ut si de animalibus, subito caballus caballum occiderit, aut bos bouẽ, aut canis aliquid momorderit, qualecunq; animal alium percusserit, aut debilitat. pro mortuo, uel debili tradatur.

III

Lancea uerò, uel qualiacunq; arma, simpliciter proiectum in terra, aut fixum fuerit, & casu se ibidem homo, aut animal impulerit. ille cuius arma est, nihil pro hoc soluat. nisi forte arma in manu teneat, ut homini periculum posit inferre.

De Resistendis pignoribus. Tit. XIX.

Paragraph. I

DE ablatis pignoribus, & fideiussoribus, qui ante audientiam, cuiuscunque pignora abstulerint, causam perdat, & mulctæ nomine solid. duodecim.

II

Quicunq; caballum, quasi agnitum pro suo tulerit, & suum esse non potuerit adprobare, caballi alterius eiusdem meriti amissione damnetur.

III

Si quis, cum alio se causam habere reputat, & nullam secũ causam habentẽ pignorauerit, & caballum, aut bouem, aut mancipiũ rapuerit, inferat pro singulis mancipijs, uel animalibus, solid. binos.

IIII

Si ingenuam personam, loco pignoris tulerit, inferat pro ea solid. quatuor.

V

Si quis pro parente, uel amico, uel pro quocũq; fideiussor extiterit, pro quo libet debito, & is ter admonitus coram testibus, uel post admonitionem pignoratus fuerit, si conuictus fuerit, pignora sine, fideiussore per uim abstulisse, & necesse fuerit, fideiussorem constrictum atq; compulsum debitum de suo soluere, in triplum, ab eo cui fidem dixit, impleatur, quicquid fideiussorem in hac causa, soluendum constiterit.

Hactenus quæ habere potuimus.

Incipiunt

INCIPIVNT LEGES Longobardorum, quas Rotharis Rex,

SOLA MEMORIA ET VSV RETINEBAT,

& composuit, iussit'que Edictum appellari. Anno septuagesimo septimo, ex quo Longobardi in Italiam venerant.

De Publicis criminibus. Tit. I.

Paragraph. I



SI quis hominum contra animam Regis cogitauerit, aut † consilia- † consiliatus fuerit.
uerit, animæ suæ incurrat periculum, & res eius infiscentur.

II

Si quis cum Rege de morte alterius consiliauerit, aut homi-
nem per ipsius iussionem occiderit, in nullo sit culpabilis, nec ille, † illo aut ab
nec hæredes eius quoquo tempore, ab † ullo, aut hæredes ipsius, hæredibus ei'
requisitione aut molestia afficiatur. Quia postquã corda Regum in manu Dei credi requisitionẽ aut molestiã
mus esse, nõ est possibile, ut homo possit † eduniare eũ, quem Rex occidere iussit. patiatur.
† idoneare

III

Si quis foris Prouinciam † fugire tentauerit, mortis incurrat periculum, & † fugere
res eius infiscentur.

IIII

Si quis † inimicos intra Prouinciam inuitauerit, aut introduxerit, animæ suæ † inimicum suum
incurrat periculum, & res eius infiscentur.

V

Si quis † [a] Scaram intra prouintiam cælauerit, aut annonã dederit, animę suæ † scamaram
incurrat periculum. † Aut componat solid. DCCCC. † aut certè cõponat solid. DCCCC. Regi.

VI

Si quis foris in exercitu, seditionem leuauerit, contra Ducem suum, aut cõ-
tra eum qui ordinatus est à Rege ad exercitum † gouernandum, aut aliquam par † gubernandum
tem exercitus seduxerit, † sanguinis sui incurrat periculum. † animæ suæ

VII

Si quis contra † inimicos pugnando, collegam suum dimiserit, aut [b] Astaliũ † inimicum
fecerit, id est, si eum deceperit, & cum eo non laborauerit, animæ suæ incurrat periculum.

De Scandalo commisso. Tit. II.

Paragraph. I

SI quis in consilio, uel † quolubet conuentu [c] scandalum commiserit, sit culpabi † quolibet
lis DCCCC. solid. * * Regi.

II

Si quis qualemcunque hominem † ad Regem accusauerit, quod animæ perti- † apud
neat periculũ, liceat ei qui accusatus fuerit, cum sacramento satisfacere, & se eduniare. Et si talis causam cõmiserit, & adsit homo in præsentia, qui crimen mittat, liceat eum per campionem, id est, per pugnam, crimen ipsum de super se, si potuerit eijcere. Et si probatum fuerit, aut det animam, aut qualiter Regi placuerit, cõponat. Et si probari non potuerit, & cognoscatur dolose accusasse, tunc ipse qui accusauit, & probare non potuit, [d] vuidrigild suo componat, medietatem Regi, & medietatem ei, cui crimen iniectum fuit.

De Consilio mortis. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis homo liber, in alterius mortē cōsiliatus fuerit, & ex eorum consilio mortuus non fuerit, tunc ipse consiliator, componat solid. xx.

II

Si homines liberi, inter se de morte alterius cōsiliati fuerint, sine Regis consilio, & ex ipso tractatu mortuus non fuerit, cōponat unusquisq;, ut supra solid. xx.

III

Si uerò ex ipso cōsilio mortuus fuerit, tunc ille qui homicida est, componat ipsum mortuum, sicut adpretiatus fuerit, id est, vuidrigild. suo.

IIII

Si duo aut tres homines liberi, aut amplius homicidiū perpetrauerint, & uoluerint se a aduniare, ut in unum componant sicut adpreciatus fuerit, sit eis aduniandi licentia.

V

Et si aliquis se de ipsis subtraxerit, & non pertulerit se purificare sicut lex habet, quod nec plagam nec feritam, in ipsum hominem qui occisus est, fecisset, tūc sit culpabilis, sicut & alius qui eum composuit.

VI

Et si se purificauerit, sit absolutus de pœna homicidij.

VII

Si tamen in consilio fuerit, componat ut supra solid. xx. aut de ipso consilio, se purificet si potuerit.

De Domino occiso. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis Dominum suum occiderit, ipse occidatur.

II

Si quis ipsum † homicidam defensare uoluerit, qui Dominum suum occidit, sit culpabilis sol. DCCCC. medietatē Regi, & medietatē parentibus mortui.

† hominem

III

Et qui illius mortui iniuriā uindicādi solatiū denegauerit, siquidē rogatus fuerit, unusquisq; cōpon. sol. L. medietatē Regi, & medietatē cui solatia denegauerit

De Moroth. Tit. V.

Paragraph. I

SI quis homicidium in absconso † penetrauerit, in Barone, Libero, seruo, uel ancilla, & unus fuerit, aut duo tantum, qui ipsum homicidium fecerint, DCCCC. solid. componat.

† perpetrauerit

II

Si uerò plures fuerint, si Ingenuus, qualiter in a angar a thingi, ipsum homicidium componat.

III

Si seruus aut Libertus, componat ipsum, ut adpreciatus fuerit.

IIII

Si spolia ex ipso mortuo tulerit, id est, pro b Raub, componat sol. LXXX.

De a Rapouorfin. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis sepulturam hominis mortui ruperit, & corpus expoliauerit, aut foris iactauerit, DCCCC. solid. sit culpabilis parentibus defuncti, & si parentes proximi nō fuerint, tunc b Gastaldius Regis, & c Sculdahis, requirat culpam ipsam, & ad Curtem Regis exigat.

De Rhal

De Rhai Raub. Tit. VII.

Paragraph. I

SI quis hominem mortuum in flumine, aut foris inuenerit, & expoliauerit, & celauerit, componat parentibus mortui solid. LXXX.

II

Et si forsitan eum inuenerit, & expoliauerit, & mox uicinibus patefecerit, & cognoscitur, quod pro mercedis causa fecit, nam nō furandi animo, reddat spolia, quæ super eum inuenit, & amplius ei calumnia non generetur.

Ne ad Regem uenientibus iniuria fiat. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis ex Baronibus nostris, ad nos uoluerit uenire, securus ueniat, & illęsus ad suos reuertatur. Nullus de aduersarijs, illi aliquam in itinere iniuriam, aut molestiam facere præsumat.

II

Tantum est ut ille qui ad Regem uenire festinat, honestè ueniat, & nullā lęsionem, aut damnum, cuicunque in ipso itinere ad Regem ueniendum, aut redeundum faciat. Nam si fecerit, sicut subter in hoc edictum constitutum est, cōponat.

III

Si quis ex aduersarijs, manū armatam, super quemcunque ad Regem uenientem, iniecerit, suam iniuriam, aut qualemcunque culpam, DCCCC. solid. componat, medietatem Regi, & medietatem cui iniuria illata fuerat.

IIII

Si quis pro iniuria sua uindicanda, super quemcunque cum manu armata, aut exercitum, usque ad quatuor homines in uicum cointrauerit, ille prior pro illicita præsumptione mori debet, aut certè componat DCCCC. solid. medietatem Regi, & medietatem cui iniuria illata fuerit.

V

Et illi qui cum ipso fuerint, si Liberi sunt, componat unusquisque sol. XXX. medietatem Regi, & medietatem qui iniuriam passus est.

VI

Excepto si in ipso uico casas † incenderint, aut hominem occiderint, secundum qualiter adpreciatum fuerit, ita cōponatur illi, cui casa incensa, aut seruus aut, parens occisus fuerit. † incenderit.

De Exercitalibus. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis de exercitalibus Ducem suum contempserit ad iustitiam, componat solid. XX. Regi & Duci suo.

II

Si quis in exercitum, aut Sculscaram ambulare contempserit, det Regi suo, solid. XX.

III

Si quis ex ipso exercitu, Ducem suum, ad iustam causam persequendam denegauerit solatium, unusquisque componat Regi & Duci suo solid. XX.

IIII

Si quis Dux exercitalē suum molestauerit iniustè, Gastaldius eum solaciet, usque ad præsentiam Regis, aut certè apud † Ducem eum ad iustitiam perducat. † Iudicem

V

Si Gastaldius exercitalem suum molestauerit, contra rationem, Dux eum solaciet, quousque ueritatem suam inueniat.

V

Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit, & noluerit illi reddere, tunc am-

bulet ad Ducem & si Dux illi, aut Iudex, qui in loco ordinatus est à Rege, ueritatem, & iustitiam non † seruauerit, componat Regi, tanquam ei cuius causa est, solid. xx. causa manente.

† conseruauerit.

De [a] Vneguuorfin, id est, [b] Corbitaria. Tit. X.

Paragraph. I

SI quis mulieri Liberæ, aut puellæ in uia se anteposuerit, aut aliquam iniuriam intulerit, componat solid. DCCCC. medietatē Regi, & medietatem cui iniuria illata fuerit, aut cui [c] Mundius de ea pertinuerit.

II

Si quis homini libero uiam antesteterit, componat solid. xx.

III

Sic tamen ut aliquam lęsionem in carne ipsius non faciat, nam si fecerit, & xx. solid. eo quod antesteterit, componat, & feritas & plagas quas fecerit, sicut subter adnexum est, componat.

IIII

Si quis † seruum alienum, aut ancillam, seu Aldium, aut Libertum, uiam antesteterit, xx. solid. Dominus eius componat.

† seruo alieno, & cætera per eundem casum.

V

Si quis messem suam, aut pratum, seu † quodlibet clausurā, † uindicandam homini prohibuerit, idem antesteterit, ut non ingrediatur, non sit culpabilis, sicut ille, q homini simpliciter ambulanti uiā antesteterit, eò q laborē suū uindicauerit.

† quālibet † uindicādo

De [a] Marahuuorfi. Tit. XI.

Paragraph. I

SI quis hominem liberum, de caballo in terram, per quolibet ingenium iniquo animo iactauerit, LXXX. solid. ei componat.

II

Et si aliquam lęsionem ei fecerit, sicut in hoc Edicto subnexū est, ei cōponat.

De † Vualapauz. Tit. XII.

† 8 uualapon

Paragraph. I

SI quis homini libero uiolentiā iniustè fecerit, idē. vualapauz, LXXX. sol. cōponat.

II

Vualapauz est, qui se furtim uestimentū alium induerit, aut sibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfigurauerit.

De Homine libero in nocte in curte alterius inuento. Tit. XIII.

Paragraph. I

SI noctis tempore inuentus fuerit Liber, & non dans manus occidatur, & à parentibus non requiratur.

II

Si manus dederit ad ligandum & ligatus fuerit, det pro se solid. LXXX. Quia non conuenit rationi, ut homo noctis tempore, in curte aliena silentio aut abscōsè ingrediatur. Sed si quamcunq utilitatem habet, antequam intret, clamet.

III

Si quis seruus in curte aliena noctis tempore inuentus fuerit, & non dans manus, occidatur, & non requiratur à Domino suo.

IIII

Et si manus dederit, & ligatus fuerit, liberet se cum XL. solid.

V

Si quis in curte alterius irato animo sagittauerit, aut lanceam iactauerit, aut deforis sepem alium plagauerit intra curtem, componat xx. solid.

VI

Excepta cōpositione plagarū, aut feritas si fecerit, sicut in edicto legis cōpon.

Si quis

VII

Si quis in curtem alienam [a] hoste animo, ingressus fuerit xx. solid. cōponat ei cuius curtis est.

VIII

Mulier curtis rupturam facere non potest, uel vueguorf, quia absurdum uidetur ut mulier libera, aut ancilla quasi uir cum armis uim facere possit.

IX

Si quis peculium suum de clausura aliena tulerit occultè, & non rogauerit, componat curtis rupturam, id est, [b] vuegoranit solid. xx.

De Scandalo in Ecclesia. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI quis in Ecclesia scandalum perpetrauerit, xl. solid. ipsis ueuerabilibus locis sit culpabilis, exceptis plagis aut feritis si fecerit.

II

Et ipsi xl. solidi per [a] Sculdahis aut Iudicem qui in hoc loco ordinatus fuerit, exigantur, & in sacro altari ubi iniuria facta est, ponantur.

III

Si quis intra Palatium ubi Rex præest, scandalum perpetrare præsumpserit, animæ suæ incurrat periculum.

IIII

Aut redimat animam suam, si [b] obtincre potuerit à Rege.

V

Si quis liber homo, in eadem ciuitate, ubi Rex præest, & tunc inuentus esse, scandalū penetrare præsumpserit, id est, si incitauerit, & non percusserit, sit culpabilis ei sol. xii.

VI

Si aūt perfecerit & percusserit in palatio Regis, sit culpabilis xxiiii. excepto plagas aut feritas si fecerit, sicut subter constitutum est componat.

VII

Si seruus in eadem ciuitate, in qua Rex tunc inuenitur esse scandalum incitauerit, sit culpabilis in palatio Regis sol. vi.

VIII

Et si percusserit, sit culpabilis sol. xii. excepto feritas & cōpositione plagarū, sicut in hoc Edicto legit.

IX

Si liber homo in alia ciuitate in qua palatium Regis non est, scandalū incitare præsumpserit, & non percusserit, sit culpabilis in palatio Regis solid. vi.

X

Si aūt percusserit, aut plagauerit, sit culpabilis solid. xii. excepta cōpositione plagarū, aut feritas si fecerit, sicit in hoc Edicto legitur.

XI

Si seruus in alia ciuitate scandalum commiserit, solid. iii. sit culpabilis.

XII

Si autem feritas aut plagas fecerit, sit culpabilis solid. vi. cui fecerit.

De homine Libero battuto. Tit. XV.

Paragraph. I

SI quis homini libero insidiauerit, cum uirtute, aut solatiū uidens, eum in pratū simpliciter ambulantē, aut stantē, subitò super eum adueniens, & turpiter eum tenuerit, & battiderit, sine iussione Regis, medietatē pretij ipsius, ac si eū occidisset, ei cōponat, pro co quod † in turpe & in derisiculū ipsius, eū malè tractauerit. † in turpitudin. & in derisiculum

De homine Libero ligato. Tit. VXI.

Paragraph. I

SI quis hominem liberum ligauerit, absq; iussione Regis, sine causa, duas partes precij ipsius, tanquam si eum occidisset, ei componat.

De Ferita aut percussura hominis Liberi. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI qus hominem liberum, subitò surgente rixa percusserit, & liuorem aut uulnus fecerit, pro una ferita componat ei solid. III.

II

Si duas feritas componat solid. VI.

III

Si tres feritas solid. IX.

IIII

Si quatuor solid. XII.

V

Si uerò amplius durauerint feritas, † non nominentur & sit sibi contemptus.

† non nometētur sed sibi contentus

VI

Si quis alium pugno percusserit, III. solid. componat.

VII

Si alapa, componat solid. VI.

VIII

De plagis & cōpositione plagarū, quæ inter homines liberos euenerint, per hūc numerū, sicut subter adnexū est, cōponanť, cessante ᵃ Faida, id est, inimicitia.

De compositione Plagarum. Tit. XVIII.

Paragraph. I

† cutiça SI quis alij plagam in capur fecerit, ut † cotica rumpantur, quam capilli cooperiunt, pro una plaga componat solid. VI.

II

Si duas plagas fecerit, componat solid. XII.

III

Si usque tres fuerint, componat solid. XVIII.

IIII

Si uerò amplius plagas capitis fuerint, nō numerētur nisi istas tres cōponanť.

V

Si q̄s aliū plagauerit in capite, ut ossa rumpātur, pro uno osse cōponat sol. XII.

VI

Si duo fuerint, componat solid. XXIIII.

VII

† tria Si † tres ossa fuerint, componat solid. XXXVI.

VIII

Si superfuerint, non numerētur, sic ita ut uno osse talis inueniať, quod ad pedes XII. super uiam, sonum in scuto facere posit.

IX

Et ipsa mēsura de certo pede hominis mediocris mēsuratur, nā non ad manū.

De Oculo euulso. Tit. XIX.

Paragraph. I

SI quis alij oculū excusserit, pro mortuo adprecietur, qualiter in angar gatheit id est, secundum qualitatem personæ, & medietatem precij componatur ab ipso qui oculnm excusserit.

De Naso abscisso. Tit. XX.

Paragraph. I

SI quis alij nasum absciderit, medietatem precij ipsius componat, ut supra.

De Labro abscisso. Tit. XXI.

Paragraph. I

SI quis alij labrum absciderit, componat ei solid. XVI

Etsi

II

Et si dentes apparuerint, unus, duo, aut tres, componat solid. xx.

De Dentibus excussis. Tit. XXII.

Paragraph. I

SI quis alij dentem excusserit, qui in risu apparet, pro uno dente, det solid. xvi.

II

Si duo, aut amplius fuerint, in risu apparentes, per hunc numerum componantur * subsequentem.

III

Si quis alij dentem maxillarem excusserit, unum aut plures, pro uno dente componat solid. VIII.

De Aure abscissa. Tit. XXIII.

Paragraph. I

SI quis alij aurem absciderit, quartam partem pretij ipsius componat ei.

II

Si quis in aurem plagam fecerit, solid. xvi. componat si resolidauerit.

De plaga in Facie. Tit. XXIIII.

Paragraph. I

SI quis alij plagam in facie fecerit, componat sol. xvi.

De plaga in Naso. Tit. XXV.

Paragraph. I

SI quis alijs plagam in nasum fecerit, componat solid. xvi.

II

Si resolidauerit, tantum ut cicatrix appareat. Si non resolidauerit quartam partem pretij ipsius, ut supra.

De Brachio transforato. Tit. XXVI.

Paragraph. I

SI quis alium in brachium punxerit, componat ei sol. vi. si non transforauerit.

II

Si quis alio in brachium punxerit, & ei transforauerit. componat ei sol. xii.

III

Si quis alium intra capso plagauerit, componat solid. xx.

De plaga in Coxa. Tit. XXVII.

Paragraph. I

SI quis alium in copxa plagauerit, aut punxerit, si transfoderit, componat solid. xvi.

II

Si autem non transforauerit, componat solid. VIII.

De numero Plagarum Tit. XXVIII.

Paragraph. I

SI plures plagæ fuerint, tres tantummodò numerentur.

II

Et pro unaquaque plaga componatur ut supra.

III

Nam amplius si non fuerunt, non numerentur.

De incisione Manus. Tit. XXIX.

Paragraph. I

SI quis manum absciderit, & digitum inciderit, medietatem precij ipsius, ut adpreciatus fuerit, si eum occidisset, ei componat.

II

† Et si fideratus à corpore, quartam partem precij ipsius ei componat. — † Et si deempta fuerit & non excussa à corpore,

III

Si quis alij pollicem de manu excusserit, sexta parte precij, quo homo ipse ad preciatus fuerit, si eum occidisset, componat.

IIII

Si quis alij secundum digitum de manu excusserit, componat solid. XVI.

V

Si qs alteri tertiũ digitũ è manu excusserit, quod est Medianũ sol. V. cõponat.

VI

Si quartum excusserit, solid. VIII. componat.

VII

Si quintum digitum excusserit, solid. XVI. componat.

De incisione Pedum. Tit. XXX.

Paragraph. I

SI quis alij pedem excusserit, medietatem precij ipsius componat.

II

Et si † fideratus non fuerit, & nõ perexcusserit, quarta parte precij ipsius ei cõponat. — † scinderatus

III

Si quis alij pollicem de pede excusserit, componat solid. X.

IIII

Si quis alij secundum digitum pedis excusserit, componat solid. VI.

V

Si tertium digitum pedis excusserit, componat solid. III.

VI

Si quartum excusserit digitum pedis, componat solid. III.

VII

Si quintum digitum excusserit pedis, componat solid. II.

VIII

In omnes istas plagas aut feritas superiores scriptas, quæ inter homines liberos euenerint, ideo maiorem compositionem posuimus, quàm antiqui nostri, ut Faida, quod est inimicitia, post acceptam suprascriptã cõpositionẽ postponatur, et amplius non requiratur, nec dolosus teneatur, sed sit causa finita amicitia manẽte.

IX

Et si cõtigerit, † de ipsis plagis intra anni spatiũ, q plagatꝰ est, mori, tũc ille q eũ plagauit, cõponat qualiter [a] in angar athungi, id est, secundũ qualitatẽ personæ. — † de ipsis plagis & feritis

De Infante qui in utero matris occisus fuerit. Tit. XXXI.

Paragraph. I

SI Infans in utero matris, nolendo ab aliquo occisus fuerit, si ipsa mulier libera est, & euaserit, adprecietur libera secundum nobilitatem suam, & medietatem quod ipsa ualuerit, ei ipsæ componatur.

II

Nam si ipsa mortua fuerit, componat eam secundum generositatem suam, excepto quod in utero eius mortuum fuerit. ut supra, cessante Faida, eo quòd no lens fecit.

De Aldijs & Seruis & eorum plagis feritis. Et de illis uiris quos Ministeriales dicimus, qui docti & eruditi & probati sunt. Tit. XXXII.

Paragraph. I

SI quis Aldium alienum, aut seruum [a] ministerialem percusserit, si uulnus aut liuor apparuerit, pro una ferita componat solid. I.

Si duas

II

Si duas feritas solid. II.

III

Si tres fecerit solid. III.

IIII

Si quatuor solid. IIII.

V

Si uerò amplius durauerit non † nominentur. † numerentur

VI

Si quis aldiũ alienum, aut seruũ ministerialem plagauerit in caput, ut os non rumpatur, pro una plaga det solid. II.

VII

Si duas plagas fecerit, cõponat. solid. IIII. excepto opera & mercede medici.

VIII.

Si uerò amplius plagas capiti fuerint, non numerentur.

IX

Si quis aldium alienum, aut ministerialem plagauerit, in caput ut ossa rumpantur unum aut pluras, componat. solid. IIII. excepto opera & mercede Medici.

X

SI quis aldio alieno aut seruo ministeriali, plagam in faciem fecerit, comp. sol. II.

De Oculo euulso. Tit. XXXIII.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali oculum excusserit, medietatem pretij ipsius, quod adpretiatus fuerit, si eum occidisset, componat.

De Naso abscisso. Tit. XXXIIII.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali nasum absciderit, cõponat solid. VIII. excepto opera & mercede Medici.

De Aure abscissa. Tit XXXV.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali, aurem absciderit, componat solid. II. excepto opera & mercede Medici.

De Labro abscisso. Tit. XXXVI.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali labrũ absciderit, ut dentes appareant, componat solid. V. excepto opera quam perdiderit, & mercede medici.

De Dentibus excussis. Tit. XXXVII.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali dentem excusserit, unum aut plures, in risu apparentes, pro uno dente, componat solid. IIII.

II

Et si plures fuerint, per hunc numerum componantur.

III

Si quis aldio alieno, aut seruo ministeriali maxillares dentes excusserit, pro uno maxillare, componat solid. II.

IIII

Si uerò amplius fuerint, per hunc numerum componantur.

De Brachio rupto. Tit. XXXVIII.

Paragraph. I

SI quis aldio alieno, aut seruo ministeriali brachium ruperit, componat solid. VI. excepto opera & mercede medici.

De manu

De Manu abſciſſa. Tit. XXXIX.

Paragraph. I

SI quis Aldio alieno, aut ſeruo miniſteriali, manum abſciderit, medietatem pretij ipſius, ei componat.

II

Si quis Aldio alieno, aut ſeruo miniſteriali, pollicem excuſſerit, componat ſolid. VIII. excepto opera, & mercede medici.

III

Si ſecundum digitum, de manu excuſſerit, componat. ſolid. VI.

IIII

Si tertium digitum, de manu excuſſerit, quod eſt medianum, cōponat ſol. II.

V

Si quartum digitum de manu excuſſerit, componat ſolid. II.

VI

Si quintum digitum de manu excuſſerit, componat ſolid. IIII.

De Coxa rupta. Tit. XL.

Paragraph. I

SI quis Aldio alieno aut ſeruo miniſteriali, coxā ruperit, aut tibiā, componat ſolid. III. excepto opera & mercede medici.

De Pede abſciſſo. Tit. XLI.

Paragraph. I

SI quis Aldio alieno aut ſeruo miniſteriali pedē excuſſerit, medietatē pretij cōp.

II

Si quis aldio alieno, aut ſeruo miniſteriali pollicem pedis excuſſerit, componat ſolid. IIII. excepto opera & mercede medici.

III

Si ſecundum digitum pedis excuſſerit, componat ſolid. II.

IIII

Si tertium digitum pedis excuſſerit, componat ſolid. II.

V

Si quartum digitum pedis excuſſerit, componat ſolid. I.

VI

Si quintum digitum pedis excuſſerit, componat ſolid. I.

De Plaga intra capſam. Tit. XLII.

Paragraph. I

SI quis Aldio alieno, aut ſeruo miniſteriali, cum ſagitta uel qualibet arma, plagā intra capſam fecerit, componat ſolid. VI. excepto opera & mercede medici.

De Brachio aut coxa transforata. Tit. XLIII.

Paragraph. I

SI quis Aldio alieno aut ſeruo miniſteriali brachiū aut coxam transforauerit, cōponat ſolid. III. excepto opera & mercede medici.

II

Et ſi ſic plagauerit ut non transforauerit, componat ſolid. I.

De Seruo ruſtico. Tit. XLIIII.

Paragraph. I

SI quis ſeruo alieno ruſticano, plagam in caput fecerit, ut cutica tantum quantū capilli cooperiūt rumpantur, pro una plaga det ſolid. I.

II

Si duas, det solid.II. excepto opera & mercede Medici.

III

Si uerò amplius plagas capitis fuerint, non numerentur.

IIII

Si autem ossa ruperit, unum, aut plura, componat solid. III. & amplius non numerentur.

V

Si quis seruo alieno rusticano plagam in faciem fecerit, componat solid.I.

VI

Si quis seruo alieno rusticano oculum excusserit, medietatem precij ipsius, quod adpreciatus fuerit, si eum occidisset, componat.

VII

Si quis seruo alieno rusticano nasum absciderit, componat solid.IIII. excepto opera & mercede Medici.

VIII

Si quis seruo alieno rusticano aurem absciderit, componat solid.II.

IX

Si quis seruo alieno rusticano labrum absciderit, ut dentes appareant, componat solid.III.

X

Si quis seruo alieno rusticano dentem excusserit, qui in risu appareat, componat pro uno dente, solid.II.

XI

Pro maxillari uerò solid.I.

XII

Si autem amplius fuerint, per hunc numerum componantur.

XIII

Si quis seruo alieno rusticano brachiũ aut coxã transforauerit, cõponat sol.II.

XIIII

Si autem plagam fecerit, & non transforauerit, cõponat solid.I. excepto opera & mercede Medici.

XV

Si quis seruo alieno rusticano plagam intra cabpsum fecerit, componat sol. III. excepto opera & mercede Medici.

XVI

Si quis seruo alieno rusticano brachium, coxã, aut tibiam ruperit, componat solid.III. excepto opera & mercede Medici.

XVII

Si de ipsa ruptura intra anni spatiũ sanus factus non fuerit, & ad pristinã non redierit sanitatem, quartã partem quod adpreciatus fuerit, domino eius cõponat.

XVIII

Si quis seruo alieno rusticano, manum absciderit, medietatem precij ipsius, domino eius componat.

XIX

Si quis seruo alieno rusticano pollicem de manu excusserit, cõponat sol. IIII.

XX

Si secundum digitum de manu excusserit, componat solid.III.

XXI

Si tertium digitum de manu excusserit, componat solid.I.

XXII

Si quartum digitum de manu excusserit, componat solid.I

XXIII

Si quintum digitum è manu excusserit, componat solid. II. excepto opera & mercede Medici.

XXIIII

Si quis seruo alieno rusticano pedem absciderit, medietatem precij ipsius cõponat ut suprà.

XXV

Si quis seruo alieno rusticano pollicem de pede excusserit, componat sol. II.

XXVI

Si secundum digitum de pede excusserit, componat solid. I.

XXVII

Si tertium digitum de pede excusserit, componat solid. I.

XXVIII

Si quartum digitum de pede excusserit, componat solid. medium

XXIX

Si quintum digitum de pede excusserit, componat solid. mediũ excepto opera & mercede Medici.

XXX

Si quis seruum alienum rusticanum percusserit, pro una ferita, id est, Pulslahi, si uulnus apparuerit, aut liuor, componat solid. medium.

XXXI

Si uerò usq; quatuor fuerint feritæ, componat solid. II. Si amplius feritæ fuerint, non numerentur.

XXXII

Si de plagis aut feritis suprascriptis, Aldij aut serui rusticani, atque Aldiæ, aut ancillæ, manus aut pedes, uel quodlibet membrum quod plagatum aut percussum est, sideratum fuerit, & non perexcusserit, simili modo componatur, tanquam si eum excusisset.

XXXIII

Omnes uerò plagæ aut feritæ, tam de Aldijs quã seruis ministerialibus, seu rusticanis atq; Aldias & ancillas, quę euenerint per hunc tenorem, sicut supra decretum est, finiãtur. Si autem exinde aliqua dubietas fuerit quod euadere, aut recti us sanari non possent, tunc medietatem precij, de plaga quod arbitratum fuerit, dominus accipiat, reliqua uerò medietas suspendatur, donec usq; cognoscitur, si intra anni spatiũ potest de ipsis plagis euadere. Si euaserit, q reliquũ est, cõponat.

XXXIIII

Si autem de ipsis plagis mortuus fuerit intra anni spatium, sicut subter adnexum est, ita domino componatur. Et quæ pro plaga accepta sunt, in ipsa summa compositionis mortui reputetur.

De Medico. Tit. XLIIII.

Paragraph. I

QVi plagas fecerit, ipse quærat medicum, & si neglexerit, tunc ille qui plagatus est, aut dominus eius inueniat medicum, & ille qui caput rupit, aut suprascriptas plagas fecerit, & operas reddet, & mercedem Medici persoluat, quantum per doctos homines arbitratum fuerit.

De Aldio occiso. Tit. XLV.

Paragraph. I

SI quis Aldium alienum occiderit, componat solid. LX.

De Seruo ministeriali occiso. Tit. XLVI.

SI quis seruum alienum ministerialem probatum ut supra, aut doctum occiderit, componat solid. L.

De alio

II

De alio uerò ministeriali, qui secundus inuenitur esse, tantum ut nomen ministeriale habeat, si quis occiderit, componat solid. xxv.

De seruo Massario. Tit. XLVII.

Paragraph. I

Si quis seruum massarium alienum occiderit, componat solid. xx.

II

De seruo rusticano qui sub massario est, si quis occiderit, componat sol. xvi.

De Pastore occiso. Tit. XLVIII.

Paragraph. I

Si quis seruum † bouolcum de Sala occiderit, componat solid. xx. † bubulcum

II

Si quis porcarium alienum occiderit, magistrum tamen illum, qui sub se discipulum habet unum, duos aut tres, uel amplius, componat solid. L.

III

De inferioribus autem porcarijs, si quem occiderit, componat solid. xxv.

IIII

De porcario † cabrario, seu armentario occiso, magistrum tamen si quis occiderit, componat solid. xx. † caprario

V

Pro discipulis autem qui sequentes sunt, componat solid. xvi.

VI

De illis uerò pastoribus dicimus, qui apud liberos dominos seruierunt, & de Sala exierunt propria.

De Infante massario occiso. Tit. XLIX.

Paragraph. I

Si quis infantem paruulum, de seruo aut de massario, casu faciente occiderit, arbitretur apud Iudicem, secundum ętatem qualem habuerit, aut quale lucrum facere potuerat, & ita componatur.

De Arbore communiter inciso, & homine occiso. Tit. L.

Paragraph. I

Si duo aut tres, aut plures homines, arborem unam inciderint, & alius homo superuenit, quē casu occidit ipsa arbor, aut quodlibet damnū fecerit, tunc incidētes arborē quantūcunq; fuerint, ipsū homicidiū, aut damnū pariter cōponāt.

II

Et si casu faciente ab ipsa arbore, aliqui ex ipsis qui incidunt, mortuus fuerit, si duo fuerint, colligentes medietatem precij, reputetur illi mortuo, & medietatem reddat parentibus collegæ ipsius. Et si plures fuerint idem modo portio una reputetur illi mortuo, & quanticunq; fuerint uiui, reddant similiter summam precij, cessante Feida, ideo quod nolentes fecerunt.

De Veneno temperato. Tit. LI.

Paragraph. I

Si homo liber, aut mulier uenenum temperauerit, & alij ad bibendum dare uoluerit, componat solid. xx. sicut ille qui de morte alterius consiliator fuerit.

II

Si liber aut libera, uenenum alij ad bibendū dederit, & qui acceperit, ex ipso ueneno mortuus non fuerit, componat qui uenenum dedit, medietatem precij ipsius, quomodo adpreciatus fuerat, ac si eum occidisset, componat.

III

Si quis alij uenenum ad bibendum dederit, & qui acceperit mortuus fuerit, precium mortui secundum qualitatem personæ in integrum componat.

IIII

Si seruus aut ancilla, uenenum alicui dederit, & ille qui acceperit, ex ipso mortuus non fuerit, componat dominus serui uel ancillæ, medietatem precij, quod ipse ualuerit, qui accepit.

V

Et per omnia ipse seruus, aut ancilla, in ipsa compositione, pro quantum adpreciatus fuerit, ad occidendum tradatur.

VI

Et si mortuus fuerit qui accepit, tunc dominus serui uel ancillæ, ipsum hominem in integrum componat. Sic tamen, ut seruus aut ancilla, in ipsa cõpositione, quantum adpreciatus fuerit, ad occidendum tradatur, & nulla sit redemptio aut excusatio mortis serui uel ancillæ.

De eo qui post accepta compositione se reuindicauerit. Tit. LII.

Paragraph. I

SI homo occisus fuerit, liber aut seruus, & pro homicidio ipso compositio facta fuerit, & pro amputanda inimicitia sacramenta præstita, & postea contigerit, ut ille qui compositionem accepit, reuindicandi causa occiderit hominem de parte, quam compositionem accepit, iubemus ut in duplum reddat ipsam compositionem iterum parentibus aut domino serui.

II

Simili modo de plagis aut feritis, qui post cõpositionem acceptam, se reuindicare tentauerit, in duplum quod accepit restituat. Excepto si hominem occiderit, componat ut supra.

De Magistris Commacinis. Tit. LIII.

Paragraph. I

SI magister Cõmacinus cum collegis suis, cuiuscunque domum ad restaurandã uel fabricandam susceperit, super se placito uel finito de mercede susceperit, & contigerit aliquem, per ipsam domum, aut materiam aut lapidem elapsum mori, non requiratur à domino cuius domus fuerit, nisi magister Cõmacinus cũ collegis suis ipsum homicidium aut damnum componat. Qui postquam fabula firmata, de mercede pro suum lucrum suscepit, non immeritò damnum sustineat.

II

Si quis magistros Commacinos, unum aut plures rogauerit, aut conduxerit ad operam dictandã, aut solatium diuturnum præstandũ, inter seruos suos, domũ aut casam faciendam, & contigerit per ipsam casam, aliquem ex ipsis Commacinis mori, nõ requiratur ab ipso cuius casa est. Nam si cadens arbor, aut lapis ex ipsa fabrica occiderit aliquem extraneum, aut quodlibet damnum fecerit, non reputetur culpa magistri, sed ille qui conduxit, ipsum damnum sustineat.

De Incendio. Tit. LIIII.

Paragraph. I

SI quis casam alienam asto animo (quod est uoluntariè) incenderit, in triplũ eam, quod est sub tertia æstimatione, cum omnibus rebus, quæ intrinsecus concrematę fuerint, secundũ quod uicini bonæ fidei homines adpreciauerint, restauret.

II

Et si aliqua de hoc quod intrinsecus fuerit crematũ, cõtentio oriaſ, tunc ille q damnũ tulit, iratus dicat quantũ in eadem casa damni pertulit aut perdidit, & omnia ut dictũ est, cui in triplo restituaſ ab illo, qui uoluntariè hoc malũ perpetrauit.

III

Si quis focũ super nouem pedes à foculari portauerit, & damnũ ex ipso foco sibi aut alteri factũ fuerit, ipse qui portauit, damnũ cõponat, [a] ferquido, id est, similem, ideo quia nolens fecit.

Et si

IIII

Et si intra ipsos nouem pedes, quod est de foculare, damnum sibi facere aut alterius contigerit, non requiratur.

V

Si quis focum foris itinere fecerit, antequam egrediatur extinguat eum, & non negligenter dimittat. Nam si contigerit post egressum ipsius, alicui ex ipso foco damnum aut læsionem fieri, ipse qui focum fecit, & negligenter dimisit, damnum sicut arbitratum fuerit apud bonos homines, tantum componat.

VI

Sic tamen ut post relictum focum, qua hora eum reliquerit, usq; ad aliam talem horam diei aut noctis, computetur, quod sunt horæ XXIIII. nam postea si contigerit ipsum transire, supet publicam uiam aut riuum, damnum si fecerit, non ei requiratur qui focum fecit.

VII

Si quis molinum alterius asto incenderit, id est uoluntariè, in triplum ei restituat, sub æstimatione rei, cum omnibus quę intus cremata sunt.

De Molino. Tit. LV.

Paragraph. I

SI quis molinũ alterius cappelauerit, aut clausurã ruperit, sine authoritate Iudicis, cõponat sol. XII. illi cuius molinus esse inuenit. Et si Iudicẽ interpellauerit, & Iudex dilatauerit ipsam causam deliberare, aut licentiã dederit aduersæ parti ipsum molinum cucrtendi, solid. XX. in palatium Regis districtus ab Stoleiaz.

II

Si quis molinum in terra alterius ædificauerit, & suum probate non potuerit, amittat molinum & omnem operam suam, & ille habeat cuius terra aut ripa esse inuenitur. Quia omnes scire debent quod suum & non alienum est.

Si Operarius à casu moritur. Tit. LVI.

Paragraph. I

SI quis operarios conduxerit, aut rogauerit in opere, & casu faciente contingit, unum aut plures ex ipsis in aqua mori, aut à fulmine percuti, aut à uento arbore motã occidi, aut propria morte mori, non requiratur ab eo qui conduxit aut rogauit.

II

Tantum est, ut per ipsius factum, qui conduxit, aut hominibus eius, non moriatur. Et si à quocunq; unus eorum occisus fuerit, aut lęsus, ipse componat, qui eum occiderit, aut læserit.

De gradibus Cognationum. Tit. LVII.

Paragraph. I

OMnis parentilla, usq; in septimum geniculum numeretur, ut parens parenti per gradum, & parentillam hæres succedat.

II

Sic tamen ille qui succedere uult, nominatim uniuscuiusq; nomẽ parentum antecessorum suorum dicat.

III

Et si intentio fuerit, contra curtem Regis, tunc ille qui quęrit, præbeat sacramentum, cum legitimos sacramentales suos dicant, per ordinem, quod parentilla nostra sic fuit, & illi sic nobis fuerunt parentes, quomodo nos dicimus.

De Filijs legitimis, & naturalibus. Tit. LVIII.

Paragraph. I

SI quis dereliquerit filium legittimum, quod est, Fulbor, & filios naturales, unum aut plu-

aut plures, legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturalis tertiam.

II

Si duo fuerint legitimi, habeãt naturales v. portionẽ, quanticunq; fuerint.

III

Si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam partem.

IIII

Si quatuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem.

V

Si quinque fuerint legitimi, habeant naturales undecimam partem.

VI

Si sex fuerint legitimi, habeant naturales quintamdecimam partem.

VII

Si autem plures fuerint, per hunc numerum diuidant patris substantiam.

VIII

Nulli sit licentia, naturales suos filios, æquales legitimis filijs aut consimiles facere, nisi filij legitimi, post completam legitimam ætatem, patri consenserint. Legitima ætas est, postquam filij duodecim annos habuerint.

IX

De filio naturali, si de ancilla alterius natus fuerit, si pater comparauerit eum & liberum[a] thingauerit, libertas illi permaneat.

X

Et si non libertauerit eum, sit seruus cuius & mater ancilla: Nam si eum comparauerit, & aliquid de rebus suis ei per legem thingauerit, habeat sibi ipsas res.

XI

Qui de filio naturali generatus fuerit, quod est, [b]Threus, hæres non fiat, nisi ei thingatum fuerit per legem, & si ei thingatum non fuerit aliquid de rebus, tantũ libertas illi permaneat.

XII

Si quis dereliquerit filiam legitimam unam, & filium naturalẽ unum, aut plures, uel & alios parentes proximos, aut hæredes, æqualiter diuidant substantiã defuncti, id est, in tres partes. Filia legitima accipiat uncias quatuor, quod est, tertia pars. Naturales filij uncias quatuor, quod est tertia pars: Et parentes proximi, aut hęredes, uncias quatuor, quod est, tertia pars.

XIII

Et si parẽtes proximi nõ fuerint, tunc curtis Regia suscipiat ipsas IIII. uncias.

XIIII

Si quis dereliquerit filias legitimas duas, aut plures, & filios naturales unum aut plures, & alios parentes proximos ut supra, illæ filiæ tollant uncias sex, quod est medietas, naturales filij uncias IIII. quod est, tertia pars, & parẽtes legitimi uncias II. q̃ est sexta pars. Et si parẽtes nõ fuerint, curtis Regia ipsas II. uncias suscipiat.

XV

Si quis dereliquerit filias legitimas, unam aut plures, & sorores legitimas unã aut plures, & filios naturales unũ aut plures, tollant filię & sorores inter se ęqualiter diuidendũ, uncias sex, quod est medietas, naturales filij uncias quatuor, quod est tertia pars, & duas uncias parentes legitimi, aut curtis Regia, si parentes legitimi non fuerint, quod est sexta pars.

XVI

Pro Mundio autem suprascriptarum tollãt naturales filij tertiam partem, & hæredes legitimi, aut curtis Regia, partes duas.

XVII

Si fuerint filij legitimi, aut filij naturales, & sorores, tã legitimi quã naturales, pro mundio eorum tollant filij legitimi partes duas, naturales uerò partem tertiã.

Si fuerint

XVIII

Si fuerint filij legitimi & filij naturales duo, aut plures, & contigerit casus ut unus ex naturalibus occisus fuerit, tollant legitimi fratres pro compositione illius partes duas, naturales uerò qui remanserint, partem tertiam.

XIX

Facultas uerò illius mortui, ad legitimos fratres reuertatur, nam non ad naturales. Ideo ita præuidimus, propter Faidam deponendam, id est, inimicitiam pacificandam.

Quibus de causis Pugna uitatur. Tit. LIX.

Paragraph. I

SI quis ex parentibus, id est barba, quod est patruus, aut quicunque ex proximis dixerit de nepote, aut cõsobrino, dolóso animo, quod de adulterio natus sit, nã non de certo patre, tunc ille cui crimen mittitur, quærat sibi liberos sacramentales, & præbeat sacramentum, quod filius legitimus sit, & per legem, res ipsæ ad eum pertineant, nec alteri eas per legem debeat dimittere, & si hoc fecerit, habeat, & fruatur, quia iniustum uidetur esse, ut talis causa, sub uno scuto per pugnã †dimittatur. †dirimatur

II

Si quis dixerit de uxore alienã, quod Mundiũ eius ad ipsum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille qui eam habet uxorem, præbeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis XII. quod de certo domino Mundium ipsum fecisset, & non eum alteri per legẽ dimittere debeat, si hoc fecerit, habeat, & fruatur. Quia iniustũ uidetur esse, ut tam grandis causa sub uno scuto per pugnam †dimittatur. †dirimatur

III

Si suspitio fuerit, quod maritus uxorem suam occidisset, ita decernimus ut purificet se maritus cum sacramentalibus suis legitimis, quod mixtus in mortem mulieris ipsius non sit, nec per se, nec per subpositam personam, & sit †exsolutus ab hoc crimine, quia absurdum & impossibile uidetur esse, ut talis causa sub uno scuto per pugnam dirimatur. †absolutus

De Fratribus qui in casa cõmuni remanserint. Tit. LX.

Paragraph. I

SI fratres post mortem patris in casa communi remanserint, & unus ex ipsis in obsequio Regis, aut cum Iudice aliquas res adquisierit, habeat eas sibi in antea †absque portione fratrum, neque quæ foris in exercitu adquisierit, cõmune sit cum fratribus, quos in casa communi dimiserit. †absque praeter

II

Et si quis in suprascriptis fratribus ›Gairethinx faceret, habeat in antea cui factum fuerit.

III

Et qui ex ipsis uxorem duxerit quanta ei de rebus communibus moneta data fuerit, quando alter ad diuisionem faciendam uenerit, simili modo de cõmunis rebus ei refundatur, ac alius tantũ alteri quantum ille alter frater in moneta dedit.

IIII

Paternam autem uel maternam substantiã, quæ reliqua fuerit, inter se æqualiter diuidant.

De Exhæreditatione. Tit. LXI.

Paragraph. I

NVlli liceat sine certa culpa filium suum exhęreditare, nec quod ei per legem debeatur, alij thingare.

II

Iustas autem culpas exhæreditandi filium, has esse dicimus: Si filius contra animam aut sanguinem patris sui insidiatus, aut consiliator fuerit, aut si patrem percusserit uoluntariè.

III

Aut si cum matrima sua, id est, nouerca peccauerit, iustè à patre exhæreditatur.

IIII

Item sicut nec patri licitum est, filios suos sine iusta causa aut culpa exhæreditare, ita nec filijs liceat uiuo patre, cuicunque res suas thingare, aut per quodlibet titulum alienare, nisi fortè filios, aut filias legitimas, aut filios naturales habuerit, ut ipsi secundum legem conseruent.

V

Si quis se desperauerit, propter senectutē, aut propter aliquam infirmitatem corporis, filios non posse habere, & res suas alij thingauerit, posteaque eum contigerit filios legitimos procreari, omnem [a] Thinx, quod est donatio, quod prius fecerat, rūpatur, & filij legitimi aut plures, qui postea nati fuerint, hæredes in omnibus patri succedant.

VI

Si autem filias legitimas unam aut plures, seu filios naturales unum aut plures, post Thinx factum habuerit, habeant & ipsi legem suam, sicut supra constitutum est, tanquam si nihil alij thingatum fuisset. Et ille cui thingatum est, tantum habeat, quantum alij parentes proximi debuerant habere, aut Curtis Regis suscipere, si illi thingatum non fuisset.

De Thinx, quod est, donatio. Tit. LXII.

Paragraph. I

SI quis res suas alij thingare uoluerit, non in absconso, sed ante liberos homines ipsum Gairethinx faciat, quatenus qui thingat & qui [a] Gisil fuerint, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur contentio.

II

Si quis res suas alij thingauerit, & dixerit in ipsum thinx, [b] Lidhilahibum, id est, quod in diem obitus sui, quas reliquerit, nō disperdat res, nec ipsas post hęc doloso animo fruatur, nisi cum ratione. Et si talis euenerit necessitas, ut terram cum mancipijs uendere, aut loco pignoris ponere debeat, dicat prius illi, cui thingauit, Ecce uides, quanta necessitate cōpulsus, res istas uado dare aut uendere. Si tibi uidetur, subueni mihi, & res istas conserua in tuam proprietatem. Tunc si noluerit ei subuenire, quod alij dederit, sit ei firmum & stabile permaneat qui acceperit.

III

Non liceat donatori ipsum thinx, quod ante fecit, iterum in alium hominem transmigrare, tantum est, ut ille qui gairethinx susceperit, tales culpas non faciat donatori suo, quales solent thingati filij parentibus suis facere, per quas exhæreditantur, quæ in hoc Edicto scriptæ sunt.

IIII

Ipse autem qui gairethinx susceperit, ab alio, quicquid reliquerit donator, in die obitus sui, habeat licentiam in suum dominium recolligere, & debet tunc creditoribus reddere, & quod in fiducia positū est, reddat debitum, & requirat rem in fiduciæ nexu suppositam.

V

Si quis rem suam cuicunque donauerit, & postea qui donauit [c] Launechild requisierit, tunc ille qui accepit, aut hęredes eius, si ausus nō fuerit iurare, quod cōpositum sit, reddat ei [d] Ferquido, id est, similem: quales in die illa fuit, quando donatum est.

Et si

VI

Et si iurauerit, sit exsolutus.

De Leprosis. Tit. LXIII.

Paragraph. I

SI quis leprosus effectus, & cognitũ fuerit Iudici uel populo, certa rei ueritas, & expulsus fuerit à ciuitate uel casa sua, ita ut solus inhabitet, nõ sit ei licentia res suas alienare, aut thingare cuilibet personæ, quia in eadem die, quãdo à domo expulsus est, tanquam mortuus habetur, tamẽ dum aduixerit, de rebus quas reliquerit, pro mercedis intuitu nutriatur.

De eo quod cum Fara migrare permissum. Tit. LXIIII.

Paragraph. I

SI quis liber homo * potestatem habeat, intra dominiũ regni nostri, cum Fara sua migrare ubi uoluerit, sic tamen ut ei à Rege data fuerit licentia. *migrare uoluerit aliquo

II

Et si aliquas res, ei Dux, aut quicunq; libet homo donauit, & cum eo noluit permanere, uel cũ herede ipsius, res ad donatorẽ, uel heredes ipsius reuertantur.

De Sponsalibus & nuptijs. Tit. LXV.

Paragraph. I

SI quis sponsauerit puellam liberam, aut mulierem, & post sponsalia facta, fabula firmata, duos annos sponsus neglexerit * & dilatauerit nuptias exequi, post transactum biennium, potestatem habeat pater aut frater, uel qui Mundium eius, in potestatem habet, distringere fideiussorem, quatinus adimpleat † monetam illam, quam die sponsaliorum promisit. * ad tollere † metam

II

Postea liceat eos ad maritum alij dare, tamen moneta quæ exacta fuerit, sit in potestatẽ puellæ aut mulieris, eo quod sponsus intra finitum tempus, uxorem accipere neglexerit, aut sic uoluntariè dilatauit, excepto ineuitabili causa.

III

Si dixerit sponsus de sponsa sua, quod adulterasset, postquam eam sponsatã habuit, liceat parentibus eam purificare, cum duodecim sacramentalibus. Tunc post purificatam accipiat eam sponsus. Sicut in priori fabula stetit.

IIII

Et si postquam purificata fuerit, eam tollere uxorem neglexerit, sit culpabilis sponsus dupla moneta, quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerat.

V

Et si parentes ut dictum est, eam mundare non potuerint, de ipso crimine, tũc sponsus recipiat res suas, quas dedit, & illa patiatur pœnam adulterij. Sicut in hoc Edicto constitutum est.

VI

Si contigerit * postquam puella aut mulier sponsata fuerit, leprosa, aut dæmoniaca, aut de ambobus oculis excæcata apparuerit, tunc sponsus recipiat res suas, & non compellatur ipsam inuitus tollere ad uxorem, nec pro ea causa calũnietur, quia non suo neglectu demisit, sed peccato imminente, & ægritudine superueniente. *peccatis imminentibus

VII

SI pater filiam suam, aut fratres sororem legittimam, alij ad maritum dederint, in hoc sibi contenta sit, quantum ei pater aut fratres, in die traditionis nuptiarum dederint, amplius non requiratur.

Si quis

VIII

† qualibet parentum Si quis filiam suam aut † qualibet parentem in coniugium alij dederit, & contigerit casus, ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa uidua, si uoluerit, ad alium maritum ambulandi, liberum tamen.

IX

Secundus autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis proprijs rebus, medietatem precij, quantum dictũ est, quãdo eam primus maritus sponsauit, pro ipsa meta dare debeat ei, qui heres proximus, prioris mariti esse inuenitur.

X

Et si noluerit accipere, habeat ipsa mulier, & a Morgincab, & quod de parentibus suis adduxit, id est, b Faderfio.

XI

Parentes uerò eius, potestatem habeant eam dandi ad alium maritum, ubi ipsi & illa uoluerint, & Mundium eius prioris mariti, parentes non habeant, pro eo quod denegauerunt uoluntatem suam. Ideo redeat mundium eius ad proximos parentes, qui prius eam ad maritum dederunt.

XII

Et si parentes non fuerint legitimi, tunc mundius ille, ad curtem Regis pertineat.

XIII

† nolit Et si talis fuerit mulier, quæ maritum † noleat, aut posset habere, sit in potestate illius ad quẽ mundius de ea pertineat. Et si ipse eam a malè habuerit, aut tractauerit, & probatur, tunc liceat eam ad parentes suos reuerti, & si parentes non habuerit, tunc ad curtem Regis habeat refugium, & Mundium eius sit in potestate Regis.

De Traditione puellæ aut mulieris. Tit. LXVI.

Paragraph. I

SI quis pro libera muliere, aut puella, mundiũ dederit, & conuenit, ut ei tradatur ad uxorem, postea contigerit marito mortuo, ut ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare, aut ad parentes debeat reuerti, aut ad curtem Regis, tunc hæredes mariti prioris, accipiant medietatem de meta, sicut supra constitutum est.

II

Et ipsa per manum simili modo retraditur, sicut priori marito tradita fuit, nã aliter sine traditione, nullam rerum dicimus subsistere firmitatem.

De a Exenio nuptiali. Tit. LXVII.

Paragraph. I

† xenio † ipsi SI quando pater filiam suam, aut frater sororem suam, alij ad uxorem tradiderit, & aliquis ex amicis accepto † exenio, † ipsius mulieri aliquid dederit, in ipsius sit potestate qui mundiũ de ea fecit, eò quod maritus eius si a Launigild requisitũ fuerit, ipse debet persolui.

De Incestis & illicitis nuptijs. Tit. LXVIII.

Paragraph. I

NVlli liceat nouercam suam, id est, matriniam, quæ fuit uxor patris, neq; priuignam, quod est filiastra, neq; cognatam, quæ fuit uxor fratris, uxorẽ ducere.

II

Si ipsa consenserit, uir qui eam ducit, pro culpa cõponat solid. c. in curte Regis, & mox separetur ab ea, constrictus à Rege.

III

Et ipsa mulier habeat medietatem de omni re sua, & medietatẽ suscipiat curtis Regia eò quod illicitas consenserunt celebrare nuptias.

Hanc

IIII

Hanc pœnam sustineant,& mox ut dictum est,separentur.

De Violentia facta mulieri. Tit. LXIX

Paragraph. I

SI uir mulieri uiolentias fecerit,& inuitam eam tulerit ad uxorem, sit culpabilis solid.DCCCC.medietatem Regi,& medietatem parentibus mulieris.Et si parentes non habuerit,ipsos DCCCC.solid.in integrum Regi exigantur.

II

Et mulier ipsa,licentiam habeat, cum omni re sua propria, quæ ei per legem competit,eligendi,qui mundium eius in potestatem debeat habere, uult ad patrem si habuerit,uult ad fratrem,uult ad barbanem, uult ad manum Regiam, in ipsius mulieris sit potestate,ubi sibi ipsi elegerit.

III

Si quis uiolento nomine,tulerit uxorem liberam,componat ut supra solidos DCCCC.& post hæc mundium eius faciat.

IIII

Nam si contigerit casus,ut antea moriatur, quàm mundium fecerit, res eius parentibus reddantur,& ille uir, qui eam uiolento ordine tulit uxorem, componat eam mortuam, tanquam si mirum de simili sanguine,id est,si fratrem eius occidisset,ita adprecietur,& eam parentibus pro mortua componere cogatur,aut cui mundium de ea pertinuerit.

De ijs quę sine uoluntate Mundcaldi ad maritum ambulant. Tit. LXX.

Paragraph. I

SI puella libera, aut uidua,sine uoluntate parentum, ad maritum ambulauerit, liberum tamen, maritus qui eam accepit uxorem, componat, Anagrip solid. xx. & propter Faida, alios uiginti.

II

Et si contigerit,antea mori,quàm mundium eius faciat,res ipsius mulieris,ad eum reuertantur,qui mundium eius in potestatem habet, nam amplius calumnia præsumptori non generetur.

III

Ideo perdat maritus res mulieris,eò quod mundium facere neglexit.

De Fornicationibus. Tit. LXXI.

Paragraph. I

SI puella, aut mulier libera, uoluntariè fornicauerit,cum libero tamen homine potestatem habeant parentes in eam dare uindictam.

II

Et si fortè ambarum partiũ steterit, ut ille qui fornicauit, eam tollat uxorem, componat pro culpa,id est, Anagrip. solid.xx.

III

Et si non conuenerit,ut eam habeat uxorem,componat solid.c.medietatem Regi, & medietatem ad quem mundium de ea pertinuerit.

IIII

Et si parentes neglexerint, & noluerint in ipsam dare uindictam, tunc liceat Gastaldium Regis, aut Sculdahis ipsam ad manum Regis tollere, & iudicare de ipsa,quod Regi placuerit.

De Ra-

De Raptu sponsæ alterius. Tit. LXXII.

Paragraph. I

SI quis puellam, aut uiduam, alterius sponsatam, illa tamen cōsentiente, tulerit uxorem, componat parentibus mulieris, ad quos mundium de ea pertinuerit, anagrip solid. xx. & Faida alios xx. & mundium eius, qualiter steterit faciat.

II

† timeta Sponso autem, cui spōsata fuit, omnia quæ † in meta dictum fuit, quando eā sponsauit, in duplum ei componatur, ab illo qui ei desponsatā suam * turpefecit.

III

Et postea sponsus post acceptam duplicis compositionis pœnam, sit sibi contentus, & amplius ex hac causa, aduersus fideiussorem calumniā non requirat.

IIII

Si quis puellam, aut uiduam sponsatam alterius rapuerit, sit culpabilis parentibus puellæ, aut ad quem mundium de ea pertinet, solid. DCCCC. medietatem Regi, & medietatem parentibus puellę, id est, patri, uel fratri, aut qui proximi sunt, & mundium eius sicut conuenerit faciat.

V

Sponso autem cuius in turpitudinem aut in derediculum egit, componat duplum metam, quantum dictum est, in die illo * & amplius fideiussori aut raptori, calumnia non generetur, sed sit sibi contentus, in ipsa dupla compositionis pœna.

* quādo fabula firmata fuit

VI

Si pater, aut frater, aut aliquis ex parentibus, puellam sponsauerint, & post hæc cum alio extraneo conludium fecerint, cum illo qui eam aut uiolenter, aut ipsa consentiente, ducit uxorem, ipsi parentes, qui huiusmodi conludij fraudi consenserunt, componant sponso, qui eam sponsatam habuit, simili modo pœnā, ut supra in duplum meta, quæ dicta fuerant in die sponsaliorum, & post hæc sponsus, amplius aduersus eos, aut fideiussores calumniam non requirat.

De Libera seruum sequente. Tit. LXXIII.

Paragraph. I

SI puella libera, seruum alienum foris prouinciam secuta fuerit, requirant eos, pariter dominus serui, & parentes puellæ.

II

* luxuriæ Et si inuenerint, ambo pœnā * iuxta legem sustineant, nam culpa à domino cuius seruus fuerit non requiratur.

De Libero cum ancilla fornicante. Tit. LXXIIII.

Paragraph. I

SI quis cum ancilla gentili fornicatus fuerit, componat domino eius solid. xx.

II

Si cum Romana, solid. XII. componat.

De Crimine in puellam iniecto. Tit. LXXV.

Paragraph. I

SI quis mundium de puella libera, aut muliere in potestatem habens (excepto patre, aut fratre) & in animā ipsius puellæ aut mulieri insidiatus fuerit, aut alij inuitā dare uoluerit, aut uolētibus ad eius uiolentiā faciendā, consensum præbuerit, aut consiliū dare probatur, amittat mundiū ipsius, & illa potestatē habeat, de duabus uijs quam uult ad parentes reuerti, si uult ad curtē Regis, cum rebus suis proprijs, ue ad eam per legem competunt se commendare.

Qui mundium

II

Qui mundium eius in potestatem debeat habere. Et si uir ille, hoc crimen ne gauerit, liceat eũ se purificare, & mundiũ sicut habuit habere, si se purificauerit.

III

Si quis mundiũ, de puella libera, aut muliere habens (excepto patre aut fratre) & crimen ei iniecerit quod adulterasset, amittat mundium ipsius, & illa potestatẽ habeat, cum rebus suis proprijs si uult ad parentes reuerti, uel ad curtẽ Regis cõmendare, qui mundium eius in potestatem debeat habere.

IIII

Et si uir ille hoc crimen se dixisse negauerit, liceat eum se purificare, si potuerit, & mundium ipsius sicut habuit, habere.

De Mundio retento. Tit. LXXVI.

Paragraph. I

SI quis mundium, de puella libera, aut muliere habens, eamq; a strigam clamauerit, quod est, b mascam (excepto patre aut fratre) amittat mundium ipsius, ut supra. & illa potestatem habeat si uult ad parentes, si uult ad curtem Regis cum proprijs rebus suis, se commendare, qui mundium eius debeat habere.

II

Et si uir ille negauerit, hoc crimen non dixisse, liceat eum se purificare, & mũdium sicut habuit habere, si se purificauerit.

De Iniurijs mulierum. Tit. LXXVII.

Paragraph. I

SI quis puellam, aut mulierem liberã, qui in alterius mundio est, fornicariã, aut strigam clamauerit, & pulsatus, pœnitens, manifestauerit per furorem se dixisse, tunc prębeat sacramentum cum duodecim sacramentalibus suis, quod per furorem dixisset ipsum nefandum crimen, nam non de certa causa cognouisse. tunc pro ipso uano improperij sermone, quod non † cognouerat loqui, componat solid. xx. & amplius non calumnietur. † cõuenerit.

II

Nam si perseuerauerit, & dixerit se posse probare. tunc per campionem, id est, per pugnã, ad iudicium decernatur, & si probatum fuerit, illa sit culpabilis, sicut in hoc Edicto legitur.

III

Et si ille qui hoc crimen mittit probare non potuerit, Vuidrigild ipsius mulieris secundum † nationem suam componere compelliatur. † natiuitatẽ.

De Viduarum successione. Tit. LXXVIII.

Paragraph. I

SI uidua, in domum patris regressa fuerit, si pater filiam suam, aut frater sororem ad maritum dederit, & contigerit casu, ut ille maritus moriatur, & pater aut frater mundium eius liberauerit. sicut supra constitutũ est, & illa domum patris aut fratris regressa fuerit, & alias sorores, in casa patris inuenerit, & postea pater aut frater mortuus fuerit, & illa remanserit in domo cum alijs sororibus una, aut plurib. & ad facultatẽ patris aut fratris uenerit diuidendũ cũ alijs parentibus aut curte Regis, tunc illa uidua, quę in domũ patris aut fratris regressa est, habeat sibi inante a morgincab. & b mifio.

II

De c faderfio aũt, id est, quantum de alio dono, quando ad maritũ ambulauit

Q pater

pater aut frater ei dedit, mittat in confuso cum illis alijs fororibus, & illæ aliæ sorores una aut plures, tollant unaquæque in antea tantum, quantum pro mundio pater aut frater liberandum, ad parentes mariti defuncti dedit.

III

Reliquam patris uel fratris substantiam æqua lance diuidant, sicut in hoc Edicto legitur.

IIII

Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem competit, hæres succedat.

De Parricidio. Tit. LXXIX.

Paragraph. I

SI quis in mortem parentis sui insidiatus fuerit, id est, si frater in mortem fratris sui, aut Barbani, quod est patrui, seu consobrini insidiatus, aut consiliatus fuerit, & ille cui insidiatur, filium non dereliquerit, non sit ille hæres cuius de anima tractauit, nisi alij parentes proximi.

II

Et si parentes alios legitimos, aut proximos non habuerit, tunc illi curtis Regia succedat.

III

De anima illius homicidę sit in potestate Regis iudicare quod illi placuerit.

IIII

Res uerò, quas homicida reliquerit, parentes proximi & legitimi habeant, & si parentes non fuerint, tunc res ipsius Curti Regię socientur.

De occisione Mulieris. Tit. LXXX.

Paragraph. I

SI maritus uxorem suam occiderit immerentem, quod per legem non sit merita mori, componat solid. MCC. medietatem illius parentibus, qui eam ad maritum dederunt, & medietatem Regi, & per Actorem Regis distringatur, & pœnā ut supra scriptum est, componat.

II

Et filios si ex ipsa muliere habuerit, habeant filij Morgincap & Faderfio, matris suæ mortuæ.

III

Et si filios ex ipsa non habuerit, reuertatur ipsa facultas ad parētes, qui eam ad maritum tradiderunt. & si parentes non fuerint, tunc ipsa compositio, & prædicta facultas ad curtem Regis perueniat.

De Muliere asto occisa. Tit. LXXXI.

Paragraph. I

SI quis puellam liberam, aut mulierem liberam occiderit, per quamlibet occasionem, componat solid. MCC. medietatem parentibus, ad quem Mundius de ipsa pertinet, & medietatem Regi.

II

Et si parentes non habuerit, tunc ipsa cōpositio, in integrum ad Curtem Regis perueniat, sic tamen, si asto animo, id est, uoluntariè occiderit.

De Muliere maritum occidēte. Tit. LXXXII.

Paragraph. I

SI mulier in mortem mariti sui consiliata fuerit, per se suppositamúe personam, sit in potestate mariti, de ea facere, quod uoluerit. simul & de rebus ipsius mulieris.

Nam

II

Nam si illa negauerit, liceat parentibus eam purificare, aut per sacramentum, aut per campionem, id est, per pugnam.

III

Si mulier maritum suũ occiderit, ipsa occidatur. & res eius, filiorũ non fuerint, parentes mariti habeant in potestate.

Mulierem liberam sine mundio esse non posse. Tit. LXXXIII.

Paragraph. I

NVllæ mulieri liberę, sub Regni nostri ditione, legis Longobardorum uiuenti, liceat in sui potestatis arbitrium, id est, a Selpmundio uiuere, nisi semper sub potestate uirorum, aut certè Regis debeat permanere.

II

Nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sine uoluntate ipsius in cuius mundio fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi.

De Violentia & raptu seruili. Tit. LXXXIIII.

Paragraph. I

SI quis aldiam alienam, id est, quæ iam de matre libera nata est, uiolentiam fecerit, componat solidos. L.

II

Si quis libertam alienã, id est ipsam personã quæ libera demissa est, uiolentias fecerit, componat solid. xx.

III

Si quis ancillam *alienam* uiolauerit, componat solid. xx.

IIII

Si quis rapuerit aldiam alienam, & in curtem alterius duxerit, sequens domiminus, aut parentes eius, & cui curtis est ante steterit, & non permiserit uindicare, aut foris extrahere, cõp. sol. XL. medietatem Regi & medietatẽ cui fuerit aldia.

V

Si quis rapuerit ancillam alienam, & in curtem alterius duxerit, sequens dominus aut parentes eius, & cui curtis fuerit ante steterit, & non permiserit uindicare, cõp. qui ante steterit, solid. xx. medietatẽ Regi & medietatẽ cui ancilla fuerit

VI

Si quis rapuerit ancillam alienam, & in curtem Regis duxerit, & sequens dominus, aut quicũq; ex amicis aut seruis, & gastaldijs aut actor Regis, antesteterit pro aldia, de suis proprijs rebus componat illi, cuius aldia fuerit solid. XL.

VII

Et pro ancilla, solid. xx.

De Adulterio. Tit. LXXXV.

Paragraph. I

SI liber aut seruus uxorem alterius tulerit, eamq; sibi in coniugio sociauerit, ambo occidantur.

II

Sic tamen, si ambo consenserint.

III

Si quis cum uxore sua, alium fornicantem inuenerit, seruum, aut liberum, potestatem habeat, ambos occidere, & si eos occiderit, non requirant.

De Crimine adulterij iniecto. Tit. LXXXVI.

Paragraph. I

SI quis alij de uxore sua crimen iniecerit, quod cum ea fornicasset, liceat ei, cui

crimen mittitur, aut per sacramentum, aut per campionem se purificare.

II

Et si probatum fuerit, animę suę incurrat periculum.

De Nuptijs absque consensu parentum. Tit. LXXXVII.

Paragraph. I

SI quis liberā puellam, absque consilio parentum, aut uoluntate duxerit uxorem, componat. ut supra, anagrip solid. xx.

II

Et propter Faida, id est, inimicitiam alios xx.

III

De mūdio autem qualiter cōuenerit, & lex habet, sic tamē si ambo liberi sint.

IIII

Si quis puellam, aut uiduam sponsatam habuit, & cōtigerit casus, ut ipsa moriatur, prius quàm à patre, aut qui mundiū eius in potestate habuerit, tradita fuerit, tunc meta quæ data fuerit, ab illo sponso, reddatur ei, tantum quantum in ipsa meta dedit, nam alias res illius sint, qui mundium eius in potestate habere uidentur, eo quod ante traditionem mortua sit.

De Coniugijs aldiorum & seruorum. Tit. LXXXVIII.

Paragraph. I

SI aldius cuiuscunque liberam aut uxorem tulerit, id est, Fulcfreal, & mundiū de ea fecerit, postea filios de ea habens, maritus mortuus fuerit, similiter in ipsa casa noluerit permanere, & parentes eam ad se recolligere noluerint, reddant precium, quod pro mundio ipsius mulieris datum est, illis, quibus aldius fuit: tunc illa absque morgincap, aut aliquid de rebus mariti reuertatur sibi, ad parentes suos, cum rebus quas de parentibus adduxit.

II

Si filij de ipsa muliere fuerint, & noluerint in casa patris sedere, res paternas demittant, & mundium pro se reddant, quantum pro matre ipsorum datum est, & uadant sibi, ubi uoluerint liberi.

III

Si aldia aut libera, in casa aliena ad maritum intrauerit, & seruū tulerit, libertatem suam amittat.

IIII

Et si dominus eius neglexerit eam replicare, ad seruitium mortuo tamen marito uadit, unà cum filijs suis, & cum omni re sua quantam in tempore, quando ad maritum intrauit, secum adduxit: nam amplius non requiratur.

V

Vitium sibi reputet qui ad seruum consensit uoluntariè.

VI

Si aldius cuiuscunque, aldiā aut libertam uxorem tulerit, si filios ex ipso coitu habuerit, patrem sequantur, sint aldij, qualis & pater.

VII

Si aldius ancillam suam, aut alterius tulerit, ad uxorem, filij qui ex ea nascuntur, sint serui, cuius & mater ancilla.

VIII

Si ancilla cuiuscunque in casam alterius, ad maritum intrauerit, & seruum tulerit, nihil de ipsa casa, marito mortuo consequatur, nisi quantum secum adduxit.

IX

Si seruus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit, sibi in coniugio sociare, animæ suę incurrat periculum.

Et illam

X

Et illâ qui seruo fuerit consentiens, habeant parentes potestatẽ occidendi, aut foris prouinciã transuendendi, & de rebus ipsius mulieris faciendi quod uoluerint.

XI

Et si parentes hoc facere distulerint, tunc liceat Gastaldium, aut Sculdahis Regis, ipsam in curtes Regis ducere, & in [a] Pisele, inter ancillas statuere.

De Ancilla matrimonio gratiata. Tit. LXXXIX.

Paragraph. I

SI quis ancillam suam propriam, matrimoniare uoluerit, ad uxorẽ, sit ei licẽtia.

II

Tamẽ debeat eam liberam thingare, sic liberam, quod est, [b] Vuridi bora & legitimam facere, per gaire thinx.

III

Tunc intelligatur libera & legitima uxor, & filij qui ex ea nati fuerint, legitimi hęredes patris efficiantur.

De eo qui sine hęredibus moritur. Tit. XC.

Paragraph. I

SI quis sine hęredibus mortuus fuerit, & res ipsius ad curtẽ Regis peruenerint nec donatum, nec pręstitũ, cuicunque ipse mortuus dedit aut pręstitit, non habeat [a] pontificium requirendi. quia postquam ad manũ regiã peruenit, terminũ posuit, & sine debito aut aliqua repetitione cecidit.

De Manumissionibus. Tit. XCI.

Paragraph. I

SI quis seruum suum proprium, aut ancillam suam, liberos dimittere uoluerit, qualiter uoluerit, sit ei licẽtia. nam qui, Fulcfreal, id est, [a] Aamũd facere uoluerit, sic debet facere. Tradat eum prius in manu alteri hominis liberi & per gaire thinx ipsam firmet. & ille secundus tradat in tertiũ in eodem modo, & tertius tradat in quartum.

II

Et ipse quartus, ducat eum in quadruuiũ, & thingit in [b] gaida & [c] gisil, & sic dicat: De quatuor uijs, ubi uoluerit, liberam habeat potestatem. si sic factum fuerit, tunc erit Aamund, & ei manet certa libertas.

III

Postea nullam repetitionem patronus aduersus ipsum, aut filios eius habeat, nec potestatem requirendi.

IIII

Et si sine hęredibus legitimis ipse quia Aamund factus est, mortuus fuerit, curtis Regia illi succedat. nam non patronus aut hæredes patroni.

V

Similiter & qui in [d] pans, id est, in uotum regis demittitur, ipsa lege uiuat, sicut & qui Aamund factus est.

VI

Item qui [e] fulcfreal fecerit, & quatuor uias ei dederit, & Aamũd, id est extra neum e se non fecerit † talem legem patronus cum ipso habeat. tanquam si cum fratre aut alio parente suo, libero Longobardo.

† tali lege cũ ipso uiuat tãquã cũ fratre aut alijs parẽtibus liberis Longobardis

VII

Id est, si filios uel filias legitimas, qui fulcfreal factus est, non dimiserit patro-

nus ſuccedat, ſicut ſubter ſcriptum eſt.

* aut aldium.

VIII

Item qui aldium * facere uoluerit, non illi debet quatuor uias, hæc ſunt, quatuor genera manumiſsionũ, tamen neceſſe eſt, propter futuri temporis memoriã aut qualiter liberũ, aut liberam thingauerit, ipſa manumiſsione in chartulã libertatis commemoretur.

IX

Et ſi chartulam non fecerit, tamen libertas ei permaneat.

X

Si libertus, qui fulcfreal factus eſt, filios dereliquerit legitimos, ſint illi hæredes: ſi filias, habeant legem ſuam. * ſi naturales, habeant & ipſi legem ſuam.

* ſicut ſupra conſtitutũ eſt.

XI

Et ſi caſu faciente, ſine hæredibus mortuus fuerit, & antea iudicauerit res ſuas proprias, uiuente ſe, id eſt, Andegauuero, & andegauuerit ſecundum legem Longobardorum, habeat cui donauerit.

XII

Nam quantum de rebus benefactoris ſui per donum habuit, ſi eas non obligauerit in libertatem, ad ipſum patronum aut ad hæredes eius reuertantur.

XIII

Et ſi aliquid in Gaſindio ducis, aut priuatorum hominum donum conquiſiuit, res ad donatorem reuertantur.

XIIII

Alias uero res, ut dictum eſt, ſi hæredes non dereliquerit, aut ſe uiuo non iudicauerit, patronus ſuccedat ſicut parenti ſuo.

XV

Omnes liberti, qui à dominis ſuis Longobardis, libertatem meruerint, legibus dominorum, & benefactorum ſuorum uiuere debeant: ſecũdum qualiter à dominis ſuis proprijs, eis conceſſum fuerit.

De Emptionibus & uenditionibus & præſcriptionibus. Tit. XCII.

Paragraph. I

SI quis comparauerit terram, id eſt, ſolum ad ædificandum, aut caſam mancipia ſtam, & quinq; annos inter præſentes perſonas poſsederit, poſteaque ipſe uenditor aut hæredes ipſius pulſauerit dicendo, quod præſtitiſſent, nam non uendidiſſent. oſtendant libellos ſcriptos, ubi rogatus fuiſſet præſtandi, & ſi libellos non habuerit, nihil aliud faciat emptor, niſi præbeat ſacramentum, ſecundum qualitatem pecuniæ qui eum precium ſuum rei ipſius comparata ſit. nec alteri debeat per legem dimittere, tunc liceat eum firmiter poſsidere quod ſibi comparauit.

II

Si quis alium de re mobili aut immobili pulſauerit, quod malo ordine poſſideat, & poſſeſſor negauerit, ita proſpeximus, quod ſi per annos quinque fuerit poſſeſſor, tunc ille qui poſſedit, aut per ſacramentum debeat negare. aut per pugnam defendere, ſi potuerit.

III

Si quis rem alienam, id eſt, ſeruum, aut ancillam, ſeu alias res, ſciens rem alienam eſſe, non ſuam, ubicunq; tranſuendiderit, & inuentum, aut probatum fuerit in octogild eum reſtituat.

IIII

Et ſi per ignorantiã uendiderit, tunc præbeat ſacramentum, quod credens ſuã uendidiſſet,

uendidiſſet,& reddat caput cum nutrimine ſuo † qualiter ſibi ſcit. †io qualicūq ꝫ ſit

De Mancipio comparato. Tit. XCIII.

Paragraph. I

SI quis comparauerit mancipium, & poſtea leproſus aut dęmoniacus apparuẽrit, tunc uenditor, ſi pulſatus fuerit, præbeat ſacramentum ſingulare, quod in conſcientia ipſius, de ipſa infirmitate nõ fuiſſet quando eum uendidit, & amplius non calumnietur.

II

Si quis comparauerit ancillam, & poſtea uenerit alter homo, qui eam ſuam dicat eſſe, reuertant pariter ad Authorem, tunc author, ſi uindicare non potuerit præbeat ſacramentum, quod conſcius non ſit fraudis, nec ullum colludium fe-ciſſet. reddat precium tantum, quantum die illa quando eam tradidit, accepit, & ancilla ipſa proprio domino reſtituatur.

III

Et ſi ancilla ipſa, poſt emptorem filios fecerit tunc ille qui eam prius uendidit, & uindicare non potuit, qualiter ſeit, filios ipſius per ſuum diſpendiũ recõparet, & proprio domino retradat, quatenus filij matrẽ ſequantur.

IIII

Et ſi author mortuus fuerit ſine hæredibus legitimis, & facultas ipſius authoris, ad curtem regis ceciderit, nulla ſit repetitio, ſic tamen ut det ſacramentum, ꝗ de ipſo comparaſſet, cuius res ad curtem regis ceciderunt.

De Caballo comparato. Tit. XCIIII.

Paragraph. I

SI quis caballum emerit, & authorem ignorauerit, & uenerit certus homo, qui ipſum caballum ſuũ dicat, tunc ille qui emit, ſicut diximus, authorem non habuerit nec ſciat de quo comparaſſet. præbeat ſacramentum emptor, quia nõ furſit, nec † collica furoni, niſi quod ſimpliciter eum eum precio ſuo comparaſſet. & inſuper addat in ipſum ſacramentum, ut ſi quoquo tempore authorem inuenerit non neget, tunc poſt præſtitũ ſacramentũ, reddat caballum, & ſit ſibi contentus. †collega furis

II

Ille aũt, qui ſe propriũ dominũ dicit eſſe, ſub tali titulo eum tollat, ut ſi cognitum fuerit, quod malo ordine uindicaſſet, & alter certus author uenerit, qui ſuũ fecerit, ipſe caballus nonus ei reddatur.

De Seruo nihil emendum. Tit. XCV.

Paragraph. I

SEruo cuiuſcunqꝫ, non liceat, ſine permiſſu domini ſui, neqꝫ terram, neqꝫ mancipia, nec quamcunqꝫ rem uendere, aut liberum dimittere.

II

Si quis de ſeruo cõparauerit, & precium perdat, & quod de ſeruo emit, proprio domino reſtituat.

III

Seruus maſſarius, licentiam habeat, de peculio ſuo, id eſt boue, uacca, caualIis, ſimul & de minuto peculio, in ſocio dare, & in ſocio recipere.

IIII

Vendere autem non licet, niſi quod pro utilitate caſæ illius, neceſſarium eſt; quatenus cauſa proficiat, ut non depereat.

V

Non liceat aldios cuiuſcunq;, qui aamund factus non eſt, ſine uoluntate patroni ſui, terrã aut mancipia uendere, ſed neq; liberum dimittere.

De terminis effoſsis & ſigno moto. Tit. XCVI.

Paragraph. I

SI quis homo liber, terminũ antiquum exterminauerit, & probatũ fuerit, ſit culpabilis ſolid. LXXX. medietatẽ Regi, & medietatẽ in cuius finibus terminus fuit.

II

Si ſeruus alienus terminum effoderit antiquum, aut exterminauerit, mortis incurrat periculum. Aut redimatur cum ſolid. XL.

III

Si quis homo liber, arborem, ubi a theclatura eſt, inter fines decernendos, hoc eſt ſignata inciderit, aut deleuerit, LXXX. ſolid. ſit culpabilis. medietatẽ regi, et medietatem cuius arbor fuerit, componat.

IIII

Et ſi ſeruus per iuſsionem domini ſui hoc fecerit, dominus eius componat ut ſupra ſolid. LXXX.)

V

Si ſeruus ſua authoritate arborẽ ubi theclatura facta eſt, inter fines decernẽdos, inciderit, aut moriatur, aut redimat eum cum ſolid. XL.

De Snaida in ſylua alterius facta. Tit. XCVII.

Paragraph. I

† propter in tẽtionem. | * alterius.

SI quis propter † intentiorem ſigna noua, id eſt theclaturã, aut a ſnaida, in ſyluaſ fecerit, & ſuã non adprobauerit, componat ſolid. XL. medietatem Regi, & medietatem cuius ſylua fuerit.

II

Si ſeruus extra iuſsionem domini ſui, theclatura aut ſnaida fecerit, in ſylua alterius, manus ei incidatur.

III

Et ſi cum iuſsione domini ſui fecerit, domino reputetur culpa, ut ſupra.

De Falſarijs. Tit. XCVIII.

Paragraph. I

SI quis ſine iuſsione Regis, aurum figurauerit, aut monetam cõfinxerit, manus ei incidant.

II

† quomlibet membranũ.

Si quis chartã falſam ſcripſerit, aut quodlibet † mẽbranũ, manus ei incidãtur.

De Muri religione. Tit. XCIX.

Paragraph. I

SI quis per murum de caſtro, aut ciuitate, ſine notitia Iudicis ſui exierit foris, aut intus intrauerit, ſi liber eſt, ſit culpabilis in curtem regis ſolid. XX.

II

Si aũt aldius, aut ſeruus fuerit, ſit culpabilis ſolid. X. Regi. Et ſi furtum fecerit, ſicut in hoc Edicto legitur, pœnam furti componat.

De Pignorationibus & debitis. Tit. C.

Paragraph. I

SI quis debitorem habet, appellet eum, ſemel, bis, & uſq; tertio, & ſi debitum nõ reddiderit, aut non compoſuerit, tunc debeat pignorare,

II

In his rebus, in quibus pignorare licitum eſt.

III

Si quis alium, pro quolibet debito aut cauſa pignorare præſumpſerit, antequam

quam tertio eũm pulsauerit, pignus quod ante contestationem tulit, sibi ª nonũ reformet in potestatem domini.

IIII

Nulli liceat, aliũ pro alio pignorare, excepto illo q ª gafrand esse inuenitur, id est, † quo hęres proximior ei, q illi ad hæreditatem, si casus euenerit, uenturus est † coheres

V

Si quis per errorem alio, pro alio pignorauerit, per seruũ, aut per ancillã, ita decernimus, ut postq̃ cognouerit, q̧ malè pignorauit, mox ipsũ pignus relaxet,

VI

Et si pulsatus fuerit à domino serui, tunc prębeat sacramentũ, quia per errorẽ fecit, nõ animo asto, & credidit debitorẽ suum pignorasse: tunc sit indemnis.

VII

Nã si plagas aut feritas fecerit in ipsum pignus, cõp. sicut in hoc Edicto legit.

VIII

Et si sacramentum dare non pręsumpserit, quod per errorem pignorasset red dat, ipsum pignus in octogild.

IX

Si quis greges equarum, seu porcorum, sine iussione Regis pignorauerit, id est, pignoris nomine abstulerit. ille prior aut moriatur, aut cõponat DCCCC. sol. medietatem Regi, medietatem cui pignus abstulerit.

X

Et qui cum eo fuerint, si tamen liberi sunt, unusquisq̧ cõponat solid. LXXX. medietatem Regi, & medietatem ei quem pignorauerit ut supra.

XI

Et si seruus dominum suũ secutus fuerit, in cõpositione domini computentur, culpam *enim* dominus fecit, nam non seruus, qui dominũ secutus est,

XII

Si quis caballos domitos, aut boues, seu uaccas iugo domitas, alij pignoraue rit, sine iussione Regis, sibi nonum reddat.

XIII

Si homo liber, qui debitor est, alias res nõ habuerit, nisi cauallos domitos, aut boues iunctorios, seu uaccas, tunc ille, qui debitum requirit, uadat ad Sculdahis & intimet causam suam, quia debitor ipsius, alias res non habet, nisi quæ supra legunt. tunc Sculdahis tollat boues, aut cauallas ipsius, & ponat eos post creditorẽ usq̧ dũ ei iustitiã faciat.

XIIII

Et si Sculdahis dilatauerit, sit culpabilis, in palatiũ regis sol. XII. & iustitia facta, pignus restituatur.

XV

Nulli liceat, pro quolibet debito casam ordinatã, tributariã, loco pignoris tollere, nisi seruũ, ancillã, uaccas, pecora, uel boues, ita ut ipsum pignus, quod tulerit per suã custodiã saluũ faciat, usq̧ ad pręfinitum tempus sicut subter adnexũ est. id est, inter eas personas, cui intra centũ † milia inter se inhabitant ad dies XX. & † miliaria si infra istos dies XX. debitor ille qui pignus suum iustitiam faciẽs, & debitũ reddẽdo, non liberauerit, & post trans istos pręedictos XX. dies cõtigerit, ex ipso pignore mancipium, aut quolibet peculiũ mori, aut homicidiũ aut damnũ facere, aut alibi trãsmigrare tunc debitor in suũ damnũ reputet, qui pignora sua, liberare neglexerit, nam si intra istos XX. dies, seruus aut ancilla mortui fuerint, aut peculiũ perierit aut homicidiũ aut damnũ fecerint, ipse qui pignorauit in suũ damnũ reputet, & ꝑprio dño satis faciat, & si super cẽtũ † milia inter se creditor & debitor habitauerint † miliaria tunc usq̧ ad † sexaginta dierum spatia, pœna supra scripta custodiatur. † quadraginta

De Furtis. Tit. CI.

Paragraph. I

SI quis liber homo furtum fecerit, in ipsum furtum tentus fuerit, id est, ª fegangit, usq̧ ad decem siliquas furtum ipsum, sibi nonum reddat, & componat pro tali

tali turpi culpa, solid. LXXX. aut animæ suæ incurrat periculum.

II

Si seruus furtum fecerit, & tentus fuerit in ipsum furtum, usque ad decem siliquas, sibi nonum reddatur excepto compositione de culpa, solid. XL. aut occidat.

III

Si quis per proditorem, id est per certum indicatorem furtum inuenerit, sibi nonum qui furtum fecit, ei restituat.

IIII

Si seruus, dum in fuga est, furtum aut damnum alij fecerit, & in ipsa fuga, foris prouinciam migrauerit, & non redierit, tunc dominus serui, medietatē pro ipsa re, quam furauit, aut damnum si fecit restituat.

V

Nam si regressus fuerit, in potestatem domini sui, tunc de quantum tulit, caput tantum dominus eius in integrum reddat, cessante in hoc capitulo pœna furti, eo quod in fuga fuit.

VI

Si mulier liberta, [b] fulcfreal, super furtum comprehensa fuerit, furtū quod fecerit, sibi nonum reddat.

VII

Nam alia culpa requiratur, pro eo quod iniuriam passa est, sed uitium suum reputet, quia operam indecentem facere tentauit.

VIII

Si aldia aut ancilla alterius, super furtum tenta fuerint, componat dominus earum furtum ipsum sibi nonum. Excepto pro culpa solid. XL.

IX

Si quis liber homo, puerum aut seruum suum, furtum facere iusserit, & ipse furtus inuentus fuerit, sibi nonum componat, & alterum tantùm in curtem Regis persoluat. quia inhonestum uidetur esse, & nullę rei conuenit aut rationi, ut homo liber, in furta debeat misceri, aut consensum præbere.

X

Si quis aurum, aut uestes, seu qualibet rem, in uia inuenerit, & super geniculū leuauerit, & non manifestauerit, aut ad iudicē non adduxerit, sibi nonū reddat.

XI

Si seruus, dum ancillā alienā habet uxorem, furtum fecerit, & ancillā, & filios seruus alienus nutriuit, omnem furtum quod fecerit seruus, componat.

XII

Nam nihil reputetur nec in culpam, nec in damnum illius ancillæ uel filiorū eius. tantū est, si ancilla aut filij eius, similiter faciendum non ambulauerit.

XIII

Nam si fecerint similes illi efficiantur.

XIIII

Si seruus dū in fuga est positus, res aliquas cuicunque homini cōmendauerit, posteaque proprius dominus requisierit eas, & ille, qui suscepit denegauerit, & postea inuentum fuerit, pro furtu ea reddat.

XV

Si plures homines furtū in unū fecerint, tam liberi quam serui, liceat eos si uoluerint, simul adunare, & furtum ipsum in octogild reddere, si quis se ex ipsis detullerit pro se tantum legibus componat, id est, sibi nonum ipsum furtum reddat.

XVI

Si liber aut seruus uoluerit foris prouinciā fugere, & Iudex aut quicūque in finib. prouintiæ residēs, cū prēserit, teneat cū, & res quas secū detulerit, saluas faciat, & mox mādet ad Iudicē de loco unde fugere cœpit, quatinus eum recipiat. et det pro uno fugaci solid. II. ita, ut cum rebus, quas secum de tulerit reddatur.

Et si

XVII

Et si contigerit eum de†legamen fugere, præbeat sacramentum ille, qui eum tenuit, quod non asto eum laxasset, sed cum tota uirtute custodire uoluisset. Post datũ sacramentũ, res quas tulit reddat, pressurã aũt nõ quærat, & amplius nõ calũniet ur. † ligamine

XVIII

Et si fugax ille manus ad ligandum non dederit, & occisus fuerit, non requiratur, nisi ipsa res reddatur.

XIX

Et si ille, qui ipsum fugacem adprehendere uoluerit, & ab ipso occisus fuerit, nec ipse requiratur.

XX

Si quis [a] Portonarium pulsauerit, quod fugacem hominem aut furem transposuisset, & portitor negauerit, ita decernimus, ut præbeat solus sacramentum, quod ad conscientiam ipsius non peruenisset, quod fugitiuos aut fugaces transposuisset, & sit exsolutus à calumnia.

XXI

Si portonarius furonem hominem sciẽs transposuerit, eum aliquibus rebus furtiuis, collega sit furoni, & cum ipso furtum componat, excepto quod sit culpabilis in curte Regis solid. xx.

XXII

Si portonarius mancipia fugacia sciens transposuerit, si probatum fuerit, perquirat eas, & proprio domino cum rebus quas secum detulerunt restituat.

XXIII

Et si ipsi fugaces, alibi transmigrauerint ut non inueniantur, tunc portitor ipsa mancipia simul & res, de quantis ausus est iurare, qui perdidit, ei ab ipso qui sciens transposuit reddãtur, id est, sub ęstimatione precij, excepto pro culpa cõponat ipse portonarius in curtem Regis solid. xx.

XXIIII

Si portonarius hominem liberum fugacẽ transposuerit, & cognouerit quod fugax est, animæ suæ incurrat periculum, aut cõponat uuidrigild suum, quia postquam cognouit, quod in fuga erat, si eum tenere non potuit, antecurrere debuit, & mox innotescere.

XXV

Si mancipium cuiuscunq; post alium hominem fugerit, & dominus secutus imitauerit, ut in pace reddatur, & in gratia, & si in pace redditum fuerit, & postea dominus pro ipsa culpa in eum uindictam dederit, componat solid. xx. illi de cuius curte id tulerit. & si denegauerit, quod in eum pro ipsa culpa uindictam non dedisset, præbeat sacramentum singulis ad Euangelia, & sit absolutus à culpa.

XXVI

Si ille post quem mancipium alienum fugerit, & noluit id reddere, post secũdam & tertiam contestationem, domino suo tunc constrictus restituat ipsum mãcipium, & aliud simile, sub æstimatione precij componat.

XXVII

Si mancipium cuiuscunq; in curte Regis confugium fecerit, & Gastaldius aut Actor Regis, post secundam & tertiã contestationem reddere dilatauerit, ita decernimus, ut reddat ipsum mãcipium, & aliud simile de suis proprijs rebus, domino cui dilatauerit reddere cogatur.

XXVIII

Et si ille qui de curte Regis ipsum mancipium in gratiã recepit, & postea pro ipsa culpa in id uindictã dederit, cõponat in curte Regis, unde id tulerit, solid. XL.

XXIX

Si in Ecclesia, aut in domo sacerdotis, mancipium cuiuscunque confugium

fecerit, & Episcopus aut sacerdos, qui in eo loco preest, id reddere in gratia, post secundã & tertiam contestationẽ dilatauerit. ita decernimus, ut reddat ipsum mã cipiũ, & aliud simile de suis proprijs rebus, ut supra.

XXX

Et si in gratia redditum fuerit, postea quod dominus, pro ipsa culpa in eum uindictam dederit aut se idoneet, & ut supra. aut sit culpabilis ipsi Ecclesiæ sol. XL. ita ut per Actorem regis exigantur, & in sacro altari, ubi iniuria facta est, ponãtur.

XXXI

Si seruus intra prouinciam in fuga uagauerit, & dominus eũ inuenerit, & seruus ipse fugierit, in curte aliena, & dominus sequens eum apprehenderit: non reputet culpa domino, pro eo quod in curte alterius, furorem in seruũ suũ habẽs rem suam apprehendere uisus est. & si ille, cuius curtis fuerit, aut aliquis ex hominibus illius, mancipium de manibus eius tulerit, aut ante steterit, nullum penitus qui sequitur seruum suum, in curte ipsa scandalum faciat. & si fecerit, qualiter in hoc Edicto legitur componat. Et qui ante steterit, aut seruum de manu tulerit, in ipsius sit periculum.

XXXII

Nam si casu faciente, ipsum mancipium mori, aut alibi aberrare contigerit, ipse qui eum de manu domini abstulerit, aut ante steterit, restituat. & si inuẽtum fuerit reddatur. & non cogatur dominus post talem fatigationem eum recipere in gratia, nisi uoluerit.

XXXIII

Si quis mancipium fugax, in casa sua, nesciente domino, super nouem noctes habuerit, & contigerit ipsum mancipium, aliquid mali perpetrare, aut mori, aut aberrare, ille qui id susceperit & celauerit, & mãdare neglexerit, reddat ipsum mãcipium, aut precium eius. & damnum quod fecerit ipse cõponat, qui id apud se habuerit.

XXXIIII

Si mancipium post alium hominem confugium fecerit, id est, in Faida, mox mandet domino ipsius, quàm citius poterit aut per scriptum, aut per certum hominem, quatenus id in gratia recipiat. & si noluerit id recipere, & dilatauerit, & contigerit id alibi trãsmigrare, nulla culpa illi sit, qui prius ipsum in casa sua habuerit: nam qui susceperit, & non mandauerit, reddat ipsum mancipium, & damnum cui fecerit, simul & operas.

XXXV

Si quis mancipium alienum, sciens fugax, nesciente domino, susceperit: aut annonam dederit, aut ostenderit uiam, aut transposuerit: & mancipium ipsum fuga lapsum, in antea fugerit: ipse id perquirat, qui ei annonã dederit, aut uiã ostendere presumpserit. & si id non inuenerit, reddat precium mancipij, simul & res, quas secum portauit: & si inuentum fuerit, reddat ipsum simul & operas eius.

XXXVI

Si quis de lignario alterius lignum furatus fuerit, componat ei cuius lignarium fuerit solidos VI.

XXXVII

Si quis de casa erecta, lignum quodlibet, aut scindalas furatus fuerit, componat solid. VI.

XXXVIII

Si quis de lignamine adunato, in curte, aut in platea, ad casam faciendam lignum furatus fuerit, componat solidos VI.

XXXIX

Si autem in sylua dispersus fuerit, & furatus fuerit componat, in octogilt.

Si quis

XL

Si quis in hortum alterius intrauerit, aut ſalierit, ad furtum faciendum, componat ſolid. VI.

XLI

Nam ſi pro ſua re ingreditur, & damnum non fecerit, non ſit culpabilis.

XLII

Si quis ſepem alienam ruperit, id eſt, [c] iderzon, componat ſolid. VI.

XLIII

Si quis [d] aſſem de ſepe aſsiata, unam aut plures tulerit, componat ſolid. I.

XLIIII

Si quis de ſepe [e] ſtangariam factam, unam tulerit, componat ſolid. I.

XLV

Si autem [f] perticas tranſuerſarias tulerit, componat ſolid. III.

XLVI

Si quis [g] prælonum aut aratrum alienum, iniquo animo capellauerit, componat ſolid. III.

XLVII

Si autem furatus fuerit, in octogilt reddat.

XLVIII

Si quis † gintirinum alterius, deſuper caballo aut boue furatus fuerit, componat ſolid. VI. † rintinnum

XLIX

Si quis iugum furatus fuerit, componat ſolid. VI.

L

Si quis [h] ſogas furatus fuerit, de boue uinitorio, componat ſolid. VI.

LI

Et ſi qualemcunq; rem mediocrem furatus fuerit, unde VI. ſolid. aut minus in hoc Edicto iudicantur, ſi fur ipſe ſupra furtum tentus fuerit, non ſit ſengandi, ſed tantum componat ſicut ſupra conſtitutum eſt.

LII

Si quis uitem expoliauerit, id eſt, adminicula tulerit, ſupra unũ uel duo, aut quatuor, ſit culpabilis ſolid. VI.

LIII

Si quis palum de uite aliena tulerit, componat ſolid. VI.

LIIII

Si quis ſuper tres uuas de uinea aliena tulerit, componat ſolid. VI.

LV

Nam ſi uſq; tres tulerit, nulla ſit ei culpa.

LVI

Si quis capiſtrum de capite caballi tulerit, componat ſolid. VI.

LVII

Si quis paſtorium, de caballo alieno tulerit, componat ſolid. VI.

LVIII

Si quis rete alienum, aut naſſam leuauerit, aut de piſcaria aliena piſces tulerit, componat ſolid. VI.

LIX

Si quis uitem alienam de una foſſa aſto animo ſcapellauerit, componat ſol. I.

LX

Si autem ſucciderit, componat ſolid. III.

LXI

Si quis [i] tranicem de uite aliena inciderit, componat medietatem ſolidi.

LXII

Si quis roborem aut cerrum, seu quercũ, quod est [k] medula [l] ischal, aut glandem quod est [m] faia, inter agrum alienum, aut inter culturam, uel clausuram, in cuius uicinio inciderit, componat pro arbore tremisses duos.

LXIII

Nam si iterans homo propter utilitatem suam, foris clausuram scapellauerit, non sit ei culpa.

LXIIII

Si quis castaneam, nucem, pirum, aut malum inciderit, componat solid. III.

LXV

Si quis oliuam scapellauerit, aut succiderit, componat solid. III.

De Damno dato. Tit. CII.

Paragraph. I

SI homo aut quodlibet peculium, in sepe alterius testa, cum uimine se impinxerit, & mortuus, aut aliquam læsionem passus fuerit, tunc ille qui sepem ipsam miserit & composuit, maius aut minus de uimine foris dimiserit, ipse sit culpabilis homicidij aut læsionis.

II

Si quis caballum aut quodlibet peculium, in clausura alterius, intus saliendo se impalauerit, non requiratur ab ipso cuius sepis est.

At si ab infra foras saliẽdo, se impalauerit, tunc ille cuius sepis esse inuenitur, eum componat.

IIII

Et si damnum infra ipsam clausuram fecerit, componat ei cuius clausura est.

V

Si quis fossatum circa campum suum fecerit, & caballus aut quodlibet pecus inciderit, aut homo periclitauerit, non requiratur ab ipso cuius fossatum esse inuenitur, quia pro saluatione campi sui fecit, nam non dolosè tractauit.

VI

Et si eum occultè cooperuit, & damnum factum fuerit, componat ipse qui occultè fecit.

VII

Si animal in puteo alterius ceciderit, & mortuum aut debilitatum fuerit, non requiratur, cuius puteus est.

VIII

Quia putei aqua communis omnium est utilitatis.

De eo qui cum armis alterius damnum fecerit. Tit. CIII.

Paragraph. I

SI quis alij arma sua simpliciter prẽstiterit, & ille qui acceperit, aliquod malũ cum ipsis fecerit, non reputetur illi culpa, qui præstiterit, sed ei qui malum cum eis perpetrauerit.

II

Et è contrario, si ille qui præstiterit, consensum ad malum faciendum exhibuit, collega sit illi, ad ipsum malum sanandum.

III

Si quis sua authoritate, arma alterius tollere prẽsumpserit, & malum cum eis fecerit, non sit illi culpa cuius arma sunt, sed illi, qui cum eis malum fecerit.

De Ve-

De Venatoribus,& de dãno quod per eos acciderit. Tit. CIIII.

Paragraph. I

SI quæ fera ab homine plagata fuerit, & in ipso furore hominem occiderit, aut quodlibet damnum fecerit, tunc ipse qui plagauerit, ipsum homicidium aut damnũ componat, sub ea uidelicet obseruatione, ut tamdiù intelligatur culpa esse uenatoris, quandiu secutus fuerit, aut canes ipsius.

II

Nam si ipsam feram postposuerit, & se ab ea a tornauerit, postea quod fera ipsa damnum fecerit, non requiratur ab ipso, qui plagauerit, aut incitauerit.

III

Si in pedica, aut in b tanola fera † tenta fuerit, & in homine, aut in peculio damnum fecerit, ipse componat qui pedicam misit. † inuenta

IIII

Si quis super feram ab alio plagatam, aut in tanolam tentam, aut à canibus circundatam, iter suum postposuerit, & uolens eam lucrari, super eam se miserit, & ab ipsa fera plagatus, uel occisus fuerit, non requiratur ab ipso qui plagauerit, aut incitauerit, sed suæ culpæ reputet, & audaciæ, quia cum authoritate sua, lucrandi animo, se super eam misit.

V

Si quis feram alienam uulneratam, aut in tanola tentam, aut à canibus circundatam inuenerit, aut forsitan mortuam, aut ipse occiderit, & saluauerit, & bono animo manifestauerit, liceat de ipsa fera tollere dextrum † latus, cum sex costis. † armum

VI

Si quis feram ab alio plagatam, aut forsitan mortuam inuenerit, & celauerit, componat solid. VI. illi qui eam plagauit.

VII

Si ceruus, aut quęlibet fera, ab aliquo homine sagittata fuerit, tãdiu illius esse intelligatur, qui eam sagittauerit, usq; ad aliam talem horam diei aut noctis, quæ sunt horæ XXIIII. quando eam postposuerit, & se ab ea tornauerit.

VIII

Nam qui eam post transactas horas prędictas inuenerit, non sit culpabilis, sed sibi habeat ipsam feram.

IX

Si quis ceruum domesticum alienum intricauerit, qui non fugit, componat domino eius solid. VI.

X

Nam si furatus fuerit, reddat in octogild.

XI

Si quis ceruum domesticum, qui in tempore suo rugire solet, instringauerit, componat domino eius solid. XII.

XII

Nam si furatus fuerit, reddat in octogild.

XIII

Si quis accipitrem, gruem, aut cygnum domesticum alienum intricauerit, componat solid. VI.

XIIII

Si quis de apiculari, uas cum apibus furatus fuerit, unum aut plura, componat solid. XII.

XV

Si quis de arbore signata, in sylua alterius, apes tulerit, componat solid. VI.

XVI

Nam si signata non fuerit, tunc quicunq; inuenerit, iure naturali habeat sibi,

excepto de gaio Regis. XVII

Et si contigerit, ut dominus cuius sylua est superuenerit, tollat mel, & amplius eum dominus non requirat.

XVIII

Si quis acceptores de sylua alterius tulerit, excepto de gaio Regis, habeat sibi. Nam si dominus superuenerit, tollat acceptores, & amplius culpa aduersus eũ non requiratur.

XIX

Et hoc idem iubemus, ut si quis de gaio Regis acceptorem tulerit, sit culpabilis solid. XII.

XX

Si quis de arbore signata, in sylua alterius acceptorem de nido tulerit, componat solid. VI.

XXI

Si quis canem alienum furatus fuerit, nonum sibi reddat.

De Pauperie. Tit. CV.

Paragraph. I

SI quis canes alienos clamauerit, aut incitauerit, & damnũ fecerint in homine, aut in peculio, non reputetur illi culpa cuius canes sunt, sed illi qui eos incitauerit.

II

Si canis, aut caballus, aut quodlibet peculium rabiosum factum fuerit, & dãnum fecerit in homine, aut in peculiũ, non requiratur à domino, & qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur, ut supra.

III

De quadrupedibus si in homine, aut peculium damnum fecerit, ipse componat damnum, cuius fuerit pecus.

IIII

Si caballus cum pede, bos cornu, damnum fecerit, uel si porcus cum dẽte hominem instrigauerit, aut si canis mordierit, excepto ut supra, rabiosus fuerit, ipse damnum aut homicidiũ, cuius animal fuerit, cessante faida, in hoc capitulo. Quia muta res fecit, non hominis studium.

V

Si quis præstitum, aut conductum habuerit caballũ, uel bouem, aut canẽ uel quodlibet peculiũ, & dum in ipso beneficio & conductura est, homicidium fecerit, aut damnum, non requiratur proprio domino, sed illi, qui conductum aut præstitum habuit, & ipsum homicidium aut damnum componat.

VI

Si animal alicuius alienum animal occiderit, aut instricauerit, id est, bos bouẽ, aut quodlibet peculiũ, tunc dominus qui suum animal instricatum inuenerit, aut forsitan iam marcidum, aut minuatũ, iubemus, ut consignet ipsum marcidũ, aut instricatum, illi cuius animal eum instricauit, & similẽ qualem in illa die fuerit fractum uel fragilitatum, recipiatur, ab ipso cuius animal hoc fecerit.

VII

Si quis peccatis imminentibus homo, rabiosus aut demoniacus factus fuerit, & damnum fecerit in homine, aut quolibet peculio, non requiratur ab heredibus eius, & si ipse occisus fuerit, simili modo non requiratur, tantum est, ut sine culpa non occidatur.

VIII

Si quis se uindicando occiderit canẽ alienum, cum spata, aut uirga, aut quibuslibet armis manu tenendo, non requiratur, tantum est ut ipsa uirga talis inueniatur, ut mediocris spata. Nã si post ipsum iactauerit, & eum occiderit, reddat ser quidum, id est, similem.

Si quis

IX

Si qs canẽ alienũ, nocte aut die, damnũ facientẽ, inuenerit in casa sua, si eũ occiderit, nõ requiratur. Et si occisus nõ fuerit, damnũ quod fecit, dominus reddat.

X

Si quis percusserit equam pregnantem, & abortum fecerit, componat sol. III.

XI

Si autem ex ipsa percussura mortua fuerit, componat eam, simul & quod in utero eius mortuum est.

XII

Si quis percusserit uaccã pregnantẽ, & abortiuũ fecerit, cõponat tremissem unum, & si mortua fuerit, reddat eam qualiter adpreciata fuerit, simul & pecus.

XIII

Si quis percusserit ancillam grauidã, & abortum fecerit, cõponat solid. III.

XIIII

Si aũt ex ipsa percussura mortua fuerit, cõponat eã, simul & quod in utero eius mortuũ est.

XV

Si lupus animal cuiuscunq; occiderit, & aliquis id nesciente domino suo excorticauerit, & celauerit, & per proditorem suum inuentũ fuerit, cõponat sol. XII.

XVI

Si in flumine animal cuiuscunq; mortuũ fuerit, aut ubicunq; & alius homo, cuius non fuerit excorticauerit, componat solid. XII.

XVII

Si quis caballum alienum ascenderit, & intra uiciniam tantũ cabellicauerit, id est, per ipsum uicũ, cõponat sol. II. Nam si in antea eum cabellicauerit, & dominum eius non rogauerit, in octogilt eum componat.

XVIII

Si quis caballum alienum apprehenderit, ipsumq; diffiguraucrit, aut circinauerit, furti pœna sit culpabilis, in octogild.

XIX

Si quis caballum alienũ aut quodlibet peculiũ, credens suum essep, riserit, & dominus eius eum cognouerit, & calumniã generare uoluerit, ita decernimus, ut prębeatur sacramentũ illi, qui eum tenuit, quia non asto animo, nec aliqua causa faciente eum apprehendisset, sed credens suũ fuisse: Sit absolutus à pœna furti, & reddat ipsum caballum proprio domino illæsum. Si aũt non præsumpserit iurare, reddat eum in octogilt, quia postquam cognouit quod suus non fuisset, mox debuit proprio domino innotescere, nam si cum postquam cognouit quod suus nõ fuerit, & ascenderit, sit culpabilis solid. II. ut supra.

XX

Si hominẽ iterantẽ, caballus aut quodlibet peculiũ secutũ fuerit, ille quẽ sequif, in ligamine, aut in clausurã miserit, ipse id saluũ faciat, sicut supra constitutũ est, ut ueniẽti proprio domino restituat. nã si sequi cœperit, & se de uia tornauerit, nulla sit ei culpa quẽ sequi cœperat. Nam si ille quẽ sequif, cũ absconsè habuerit, aut eum uendiderit, componat ipsum caballum in octogilt.

XXI

Siquis ab alio homine rogatus fuerit caballũ, aut quodlibet peculiũ perditũ, quęrere, signaq; ei dictauerit, & ille qui rogatus fuerit, forsitã caballũ aut peculiũ per errorẽ cõprehenderit, si uenerit proprius dominus, & calumniã generare uoluerit, ita prospeximus, ut ille qui per errorẽ cõprehenderit, prębeat sacramentũ, quod credidit ipsum esse, unde rogatus fuerit, & tũc reddat caballũ, & amplius nõ calumniet, si cum malè nõ tractauerit. Et si non uenerit proprius dominus, reddat eum illi per quẽ ipsum tulit. Et ipse iuxta legẽ conseruet, sicut supra dictum est.

XXII

Si quis caballo alieno, aurẽ uel oculũ excusserit, aut aliquã læsionem corpo-

 ris fecerit,

ris,fecerit,recipiat ipsum qui læsus factus est,& reddat ei ferquidum.

XXIII

Si quis caballo alieno caudã capellauerit,id est,setas traxerit,cõponat sol. VI.

XXIIII

Si quis caballũ alienũ plagauerit,aut aliquã lęsionẽ fecerit,tunc dominus caballi,reddat ipsum caballũ illi homini qui lęsionẽ fecit,ut ipse eũ sanet,& dum ipse sanare potuerit,det illi suũ propriũ caballũ,qualiter utilitatẽ suã faciat,& ipse caballus qui lęsus fuerit,ad pristinã redierit sanitatẽ reddat ipsũ proprio domino. Si aũt ex ipsa læsione mortuus fuerit,reddat aliũ similẽ.Et si cõtigerit, ut ipse caballus q pignoratus est,apud ipsum moriat̃,tunc satisfaciat ille qui pignoratũ habuit,si pulsatus fuerit,quod nõ per neglectũ mortuus fuerit,& postea nulla sit repetitio.

XXV

Si quis caballos,aut armenta,asto animo in messẽ alienã, aut in pratũ miserit, aut in q̃dlibet damnũ,cõponat sol.I.pro capite, excepto dãno sicut adpreciatũ fuerit,aut loci cõsitetudo est.Sic tamẽ si pastor nõ ausus fuerit iurare, quod asto animo non misisset,& si iurauerit,sit absolutus à culpa.

XXVI

Si qs cãpũ alienũ asto animo,cũ peculio suo deleuerit,aut spicas manib.euulserit,cõponat sol.VI.

XXVII

Si.quis porcos,aut pecora,asto animo, in damnũ alterius miserit,si ausus non fuerit iurare,componat solid.I.excepto damno.

XXVIII

† casam Si qs † casinã aut tectũ alienũ,foris in curte ubi uiri nõ habitant,dũ intẽtio est de terra disturbauerit,aut in terra iactauerit,& terrã suã sicut lex habet,cõuincere nõ potuerit,restauret ipsã casinã,& cõpon. aliã tale,sub ęstimatione precij. Nã si casam ubi uiri habitãt disturbauerit,cõpon.sicut in hoc edicto legit̃,ᵇharit rabib.

XXIX

Si quis caballũ alienũ,aut quodlibet peculiũ dãnũ sibi facientẽ inuenerit, ipsumq; in curte clauserit,& nõ uenerit certus dominus,qui eũ cognoscat,tunc ille qui eum in dãno inuenerit,ducat eum ad iudicẽ qui in loco ordinatus est, aut certe ante Ecclesiã in conuentũ usq; ad quartã uel quintã uicẽ,& omnibus uoce pręconia innotescat:Quia caballũ inueni,& nescio cuius sit. & si non uenerit qui eum cognoscat,iubemus ut ille qui inuenerit caballum, custodiat eum tanq̃ suũ proprium. Et si mortuus fuerit,signa de corio conseruet,ut cum uenerit certus dominus,habeat quod ei ostendat.Et si ista neglexerit,& inuentũ fuerit,sibi nouũ reddat,& si istam cautelam obseruauerit,sit absolutus à calumnia.

XXX

Si quis peculiũ de dãno suo, ad clausurã minauerit, & ille cuius peculiũ est, ei antesteterit,cõponat sol.I.excepto dãno,sicut arbitratũ fuerit. Et si in curte minauerit,ille cuius peculiũ est,roget eũ ut reddat illi,sic tamen ut det ei pignus,per ultimũ ualens siliquas III.aut certè fideiussorẽ,sub tali titulo,ut damnũ quod arbitratũ fuerit,cõponat,aut secundũ fabulã,qualiter inter uicinos ipsos est. Et si pignus suscipere noluerit,& una nocte apud se peculiũ habuerit, cõponat sol.I.Et si ille cuius peculiũ est,tenens duritiã cordis,id liberare despexerit,tunc habeat ille id peculiũ qui in damno inuenerit,& per IX.noctes aquã ei tantum det,& de dãno in hoc sit contentus,eò quod IX.noctes ipsum peculiũ tenuit,& si de ipsis peculijs,aliquod mortuum fuerit,suę negligentię reputet,qui dispignorare neglexerit.

XXXI

† decem De porcis si in esca alterius pauerint,& inuenti fuerint, si minus sunt † de decim,non occidantur,nec unus ex ipsis,sed ille qui eos inuenerit,teneat unũ ex ipsis,& habeat saluũ, & cõponantur ei per porcum siliquæ III. Nam si supra fuerint

† decem † de decim,& usq; ad decẽ, occidat̃ unus mediocris,& non requirat̃, nisi si minus fuerit de decim & occiderit, reddat ferquido.

Si quis

XXXII

Si quis in prato porcos fossam facientes inuenerit, unum aut plures, occidatur unus tantum, & non requiratur.

XXXIII

Si quis uerrem alienum furauerit, cōponat solid. XII. Ipse dicitur [c] sonorpaib, qui omnes alios uerres in grege battit & uincit, tamen in uno grege quāuis multitudo porcorum fuerit, unus cōputetur sonorpaib. Nam si minor grex fuerit, de XXX. in numero capita, non reputetur sonorpaib, nisi sint XXX. aut superfuerint. Et si in damno ipse sonorpaib occisus fuerit, aut similem, aut mediocrem ipse qui occiderit restituat, & damnū ei componatur. Nam si alij uerres aut porci furati fuerint, in octogild reddantur.

De Porcario [a] battudo. Tit. CVI.

Paragraph. I

SI porcariū battederit, de homine libero, ipsum qui de curte ipsius exit, nam nō de casa massarij, componat solid. XX.

II

Tantum est, ut porcarius ipse feritas prius non faciat, aut scandalum committat, nam si fecerit plagas aut feritas, arbitrentur & componantur.

III

Si duo porcarij inter se battederint, aut scandalum fecerint, & plagas aut feritas, componantur per legem, nam alia culpa non requiratur.

De Campo alieno arato. Tit. CVII.

Paragraph. I

SI quis campum alienum arauerit, sciens non suum, aut sementes spargere præsumpserit, perdat operas & frugem, & ille qui campum suum comprobauerit, habeat fruges.

II

Si quis exarauerit campum alienum seminatum, & non suum, & non potuerit facere aliud, tantum fruges, quantum deuastauit, proprio domino reddat, & pro incautā præsumptione, componat solid. VI.

III

Si quis pratum alienum † segauerit, aut exarauerit, & fœnum reddat, & pro illicita præsumptione, componat solid. VI. † secauerit

IIII

Si quis campum alterius asto, cum peculio suo deleuerit, & spicas in manibus euellerit, componat solid. VI.

De Iterantibus Tit. CVIII.

Paragraph. I

NVlli sit licentia iterantibus herbam negare, excepto prato intacto tēpore suo aut messe, post fœnum autem aut fruges collectas, tantum uendicet cuius terra est, quantum cum clausura sua potest defendere. Nam si caballos iter facientes de [a] stupla aut de ipsa pascua ubi alia peculia pascēt, mouere præsumpserit, in octogild ipsum caballum componat, pro eo quod ipsos de aruo cāpo, quod est, fons accar mouere præsumpserit.

De Sacramentis. Tit. CIX.

Paragraph. I

SI qualiscunq; causa inter homines liberos euenerit, & sacramentū dandum fuerit, si usq; ad XX. solid. fuerit causa ipsa, aut amplius, ad Euangelia sancta iuret, cum XII. [a] aidis suis, id est, sacramentalibus, ita ut VI. illi nominentur ab illo qui pulsat, & VII. sit ille qui pulsatur, & V. quales uoluerit, ut sint XII.

II

Quod asit minoris est causa de XX. sol. usq; ad XII. sibi sextus iuret, ad arma sacrata tres ei nominet q pulsat, & duos liberos sibi eligat q pulsat, & sextus sit ipse.

III

Et si minor fuerit causa de XII. solid. sibi tertius iuret ad arma, unum ei nominet, & alium sibi quęrat, & tertius sit ipse.

IIII

Si quis alij vuadiã & fideiussorẽ de sacramento dederit, omnia q̃ per vuadia obligauit adimpleat, & ille qui pulsat, & vuadia suscepit, proximiores sacramentales q^b Nascen deim, debeat nominare, tantũ est, excepto illo, qui grauẽ inimicitiã cum ipso quẽ pulsat, cõmissam habeat, id est, si ei plagã fecit, aut in mortẽ eius cõsensit, aut res suas alij thingauerit. Ipse non potest esse sacramentalis, quãuis proximus sit eo, quod inimicus aut extraneus uidetur esse.

V

Si quis alij pro quacũq; causa vuadiã aut fideiussorẽ de sacramẽto dederit, det spatiũ usq; in XII. noctes ad ipsũ sacramentũ dandũ, & forsitã propter ægritudinem aut aliã causam superuenientẽ, in prædicto cõstituto, non potuerit iurare, suspẽdatur causa ipsa, usq; ad XII. adhuc noctes, & si nec tunc cõpleuerit, & totũ unũ annũ uoluntarie dilatauerit, & sacramentũ non dederit, tunc rem ipsam unde agit̃, amittat, & ille adquiret qui vuadiã suscepit. Et cõtrario, si ille qui vuadia susceperit, dilatauerit sacramentũ audire, & annũ totũ protraxerit, post transactũ anni spatium, nullã in posterũ habeat † facondiã de ipsa re loquendi, & ille qui paratus fuit sacramentũ dare, firmiter possideat.

† facultatem

VI

Si cõtigerit homini post datũ fideiussorẽ de sacramẽto, & sacramẽtalibus nominatis, mori, & filios dimiserit, post hæc quæ ille qui causam quærit & pulsauerit filios dicendo: Quia quicquid pater per vuadia & fideiussorẽ obligauerit, filij cõplere debeant. Tunc necesse est filijs, quauis virtutẽ minorẽ habeant à patre aut per sacramentũ negare, quod pater eorũ non promiserit, aut certè, q; pater eorum spopõdit impleant.

VII

Et si aliquis de ipsis sacramentalibus mortuus fuerit, potestatẽ habeat ille qui pulsat, in loco mortui aliũ nominare, de proximis legitimis, aut de natis, aut de gamahalos, id est, cõfabulatis. Et si dixerit qui pulsat, quod sacramentũ ruptũ fuisset, præbeat sacramentũ qui negat, si ausus fuerit, quia neq; pater, neq; ipse sacramentum ruperit, post hæc iuret, sicut supra cõstitutum est.

VIII

Tunc intelligitur sacramentũ esse ruptũ, quando in præsenti sacrosancti Euãgelij, aut armorũ sacratorũ, ipse qui pulsat, cum sacramentalibus suis cõiunxerint & non ausus fuerit iurare, ipse aut aliquis de sacramẽtalibus ipsius, se subtraxerit, tunc intelligatur sacramentum ruptum esse.

IX

Si pro quacunq; culpa homo pulsatus fuerit ab alio, & negauerit, liceat ei se eduniare, secundũ legẽ & qualitatẽ causę. Sin aũt manifestauerit, se fecisse, cõponat secundũ quomodo in hoc Edicto legit̃. Nam nulli liceat postquã prius manifestauit per sacramentũ negare, quod non sit culpabilis, postquã ipse se culpabilẽ adsignauit, quia multos cognouimus in regno nostro, tales prauas opponẽtes intẽtiones, hæc nos mouerũt, præsentẽ corrigere legẽ, & ad meliorẽ statũ reuocare.

De debitis Patris mortui. Tit. CX.

Paragraph. I

SI quis post mortẽ patris, filiũ de debito appellauerit, q; pater ei debitor fuisset, & filius negauerit, ita decernimus, ut præbeat filius sacramentũ secundũ qualitatẽ pecuniæ, unde pulsat̃, quod pater ipsius ei debitor non fuisset, aut per pugnã defendat si potuerit.

II

Si aliqua inter creditorẽ & debitorẽ atq; fideiussorẽ surrexerit intentio, & dixerit creditor, quia in tali prætexto vuadiã suscepi, & fideiussor negauerit, non est causa fideiussori sacramentũ præbere, nisi debitor singulis satisfaciat, ad Euãgelia, aut ad arma, quia in tali capitulo nec vuadiam dedit, nec fideiussorem posuit.

De Vuaregang. Tit. CXI.

Paragraph. I

OMnes vuaregang, qui de exteris finibus, in regni nostri finibus aduenerint, seq; sub scuto potestatis nostræ subdiderint, legibus Longobardorum uiuere debeant, nisi si alia lege, à pietate nostra meruerint.

II

Si filios legitimos habuerint, hæredes eorum existant, sicut & filij Longobardorum.

III

Si filios legitimos nō habuerint, non sit illis potestas absq; iussione Regis, res suas cuicunq; thingare, aut per quodlibet titulum alienare.

De Campionibus. Tit. CXII.

Paragraph. I

NVllus Campio præsumat, quando ad pugnandum contra alium uadit, herbas quæ ad maleficia pertinent, super se habere, nec alias tales similes res, nisi tantum arma sua, quæ conueniunt.

II

Et si suspicio fuerit, quod eas occultè habeat, inquiratur ad Iudicem, & si inuentę super eum fuerint, euellantur, & iactentur. Et post istam inquisitionem, ten dat manum ipse campio, in manu parentis aut conliberti sui, ante iudicem satisfaciens dicat, quod nullam talem rem, quæ ad maleficia pertinet, super se habeat, tunc uadat ad certamen.

De causis Regalibus. Tit. CXIII.

Paragraph. I

OMnes uerò causas Regales, quæ ad Regem pertinent, unde compositio expectatur, aut culpa quæritur, dupliciter secundum antiquam consuetudinem componantur. Excepto mundium de libertis, aut Morth, aut alias similes, unde DCCCC. sol. iudicantur, quasi suo uigore constituimus permanere, reliquę omnes ut prædiximus, in duplum exigantur.

Si seruus Regis Morth fecerit. Tit. CXIIII.

Paragraph. I

SI seruus Règis morth fecerit, ita decreuimus, ut componatur ipsa persona, sicut adpreciatus fuerit, & seruus ipse, super fossam ipsius mortui adpendatur, & in eum uindicta detur, & sit causa finita.

II

De alijs uerò causis, unde Liberi aut serui aliorum hominum DCCCC. solid. sunt culpabiles: Idem de muliere libera, si uiam antesteterit, aut iniuriam fecerit. seu greges equorum aut porcorum pignoratus, uel reliquas quæ similes sunt, ut de ut pręfati sumus, DCCCC. solid. quærantur, de quibus supra in hoc Edicto constituimus. seruus Regis si fecerit, animæ suæ incurrat periculum, & DCCCC. sol. non requirantur ad curtem Regis.

III

Si seruus Regis furtum fecerit, reddat in octogild, & non sit fegangit.

IIII

Si seruus Regis hoberus, aut vuegorē, seu mara vuorf, aut quālibet aliā culpā minorē fecerit, ita cōponat, sicut aliorū exercitaliū, q̄ supra decreta sunt, cōponat.

De Sculdahis. Tit. CXV.

Paragraph. I

SIquis Sculdahis, aut Actorē Regis occiderit, utilitatē Regis facientē, precię pro libero homine, sicut in hoc Edicto legitur, & parentibus legitimis componatur, excepto in curtem Regis componat qui eum occiderit, solid. LXXX.

Et si

II

Et si baptutus fuerit, aut ligatus, similiter cōponatur, pro libero homine, aut secundum nationem suam, sicut in hoc Edicto constitutum, excepto in curtē Regis, pro culpa solid. LXXX.

III

Si Gastaldius, aut quicunq; Actor Regis, post susceptas aut cōmissas ad gouernandum curtes, uel causas Regias, aliquid per gairethinx, id est, donationem ab alio quocunq; facta conquisierit, sit illi stabile, si per præceptionem indulgentię Regis in eum fuerit confirmata. Aliter quicquid, ut prędictum est, suscepta ad ministratione per gairethinx adquisierit, hoc totū Regi adquirat, & non suo proprio uendicet nomine, nec hæredes ipsius.

De conuitijs Aldiarum. Tit. CXVI.

Paragraph. I

NVllus pręsumat Aldiam aut ancillam alienam, quasi stringam quam uulgus dicit, aut mascam occidere, quod Christianis mentibus, nullatenus credendum est, nec possibile, ut mulier hominem uiuum intrinsecus possit comedere.

II

Si quis de cætero talem illicitam aut nefandam rem penetrare præsumpserit, si aldiam occiderit, componat pro statu eius solid. LX. & insuper addat, pro culpa solid. C. medietatem Regi, & medietatem cuius aldia fuerit.

III

Si autem ancilla fuerit, componat pro statu eius, sicut supra constitutum est.

IIII

Si ministerialis aut rusticana fuerit, insuper pro culpa componat solid. LX. medietatem Regi, & medietatem euius ancilla fuerit.

V

Si uerò Iudex hoc opus malum perpetrauerit, aut perpetrare iusserit, ipse de suo proprio, pœnam suprascriptam componat.

De Monoculis. Tit. CXVII.

Paragraph. I

SI quis homini Libero unum oculum habentem, ipsum excusserit, duas partes precij ipsius, quo adpreciatus fuerat, ac si eum occidisset, componat.

II

Si autem aldio, aut seruo alieno qui unum oculum habet, ipsum excusserit, componat eum pro mortuo.

Si Libera mulier in scandalum incurrerit. Tit. CXVIII.

Paragraph. I

SI mulier libera, in scandalum concurrerit, ubi uiri litigant, si plagam aut feritam factam habuerit, aut forsitan impincta fuerit, aut occisa, adprecietur secundum nobilitatem suam, & sic componatur, tanquam si in fratrem ipsius mulieris perpetratum fuisset.

II

Nam alia culpa pro iniuria sua non requiratur, unde DCCCC. solid. iudicatur, eò quod ipsa ad litem cucurrit, quod inhonestum est mulieribus facere.

De Pe-

De Peculio. Tit. CXIX.

Paragraph. I

SI quis peculium suum, de clausura alterius occultè tulerit, & non rogauerit, componat curtis rupturam, id est, solid. xx.

De eo qui alij Arga dixerit. Tit. CXX.

Paragraph. I

SI quis alium, Arga per furorem clamauerit, & negare non potuerit, & dixerit, quod per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quod eum arga non cognouisset, postea componat pro ipso iniurioso sermone, solid. xII.

II

Et si perseuerauerit, conuincat eum per pugnam si potuerit, aut certè componat ut supra.

De iniurijs Liberorum. Tit. CXXI.

Paragraph. I

SI quis hominem liberum impigerit[a] ut cadat, componat solid. vI. sic tamen, si alteram læsionem in corpore ipsius non fecerit.

II

Si autem sic eum impegerit, & non ceciderit, componat solid. III.

III

Si quis hominem liberum, subitò surgentem, in rixa per barbam, aut per capillos traxerit, componat solid. vI.

IIII

Si Aldium aut ministerialem, seu seruum rusticanum per barbas aut capillos traxerit, componat sicut pro una ferita.

V

Si quis homini libero brachium super cubitum, hoc est,[b] morioth ruperit, cõponat solid. xx.

VI

Si autem subtus cubitum, quod est[c] threno, componat solid. xvI.

VII

Si coxam ruperit, super genuculum, hoc est[d] lagi, componat solid. xx.

VIII

Si subtus genuculum, quod est[e] tibia, componat solid. xvI.

IX

Si uerò †semus aut †clodus factus fuerit, componat sicut in hoc Edicto legitur, quarta parte. †simus †claudus

De Mundio puellæ. Tit. CXXII.

Paragraph. I

SI mundium de puella libera, † parentes mortuos ad curtem Regis ceciderit, & parer uel frater, debitum dimiserit, in cuncta portione patri uel fratri hæres successerit. ita & debitum persoluat. † parentibus mortuis

II

Simili modo & si naturales filij fuerint.

Pero-

Peroratio Regis Rotharis


PRæsenti uerò dispositionis nostræ Edicto, quod, Deo propitio, cum summo studio, & summis uigilijs, & cœlesti fauore prǽstitis, inquirentes & rememorãtes Antiquas leges patrũ nostrorum, quę scriptæ non erant, condidissemus eas quod communibus omnium gentis nostrę utilitatibus expediunt, pari cõsilio pariq; consensu cum Primatis Iudicibus cunctoq; fœlicissimo Exercitu augente constituimus, & in hoc mẽbrano scribere iussimus, pertractãtes, & sub hoc tamen capitulo reseruantes, ut quod annuente diuina clementia, per subtilem inquisitionem, de Antiquis legibus Longobardorum, tam per nosmetipsos, quàm per antiquos memorare potuerimus, in hoc Edictum subiungere debeamus. Addentes quia etiam per gairithinx, secundum ritum gentis nostræ, confirmantes, ut sit hæc lex firma & stabilis. Quatinus nostris fœlicissimis, & futuris temporibus, firmiter & inuiolabiliter, ab omnibus nostris subiectis custodiatur.

ADDITIO ROTHARIS REGIS.

De Homicidio Liberi, non uoluntate facto. Tit. I.

Paragraph. 1


SI quis hominem Liberum, nolendo casu faciente, occiderit, componat eum sicut adpreciatus fuerit, & faida non requiretur, eò quod nolendo fecit.

De Malis finiendis & finitis. Tit. II.

Paragraph. 1

ET hoc addimus atq; decernimus, ut causæ quæ finitæ sunt, non reuoluantur, quæ autẽ non sunt finitæ, & à præsente XXII. die mensis huius Nouembris, Indictionis II. inquisitę aut motæ fuerint, per hoc Edictum incidantur, & finiantur.

Epilogus.

ET hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per uitium scriptorum, in hoc Edicto adhibeatur. Si aliqua fuerit intẽtio, nullo alio exemplari credatur, aut suscipiatur aliquid, nisi quod per manus Ansoaldi Notarij nostri scriptum aut recognitum, seu requisitum fuerit, qui hoc in nostram iussionem scripsit.

Grimo-

GRIMOALD REgis Longobardorum, in leges Quas IPSE EDICTO ROTHARIS addidit, Præfatio.

SVperiore pagina huius Edicti legitur ita, quod adhuc annuente Domino, memorare potueris, de singulis causis quę impręsenti non sunt adflictæ in hoc Edictum, adiungere debeamus ita, ut causę quę iudicatę & finitę sunt, nõ reuoluantur. Ideo ego uir excellentissimus Grimoald gentis Longobardorum Rex, anno, Deo propicio, VI. Regni mei, Mense iulio, indictione XI. per suggestionem Iudicũ, omniumq; consensu, ea quę illis dura & impia in hoc Edicto uisa sunt, ut ad meliorem statum, & demẽtius remedium, corrigere & reuocare deberemus id fecimus, ut legitur.

LEGES QVAS Edicto Rotharis, Longobardo RVM REX GRIMOALD addidit, Incipiunt.

De Trigintaannorum usucaptione. Tit. I.

Paragraph. I

SI seruus aut ancilla, per triginta annos, qualiter ei ueritas cognita fuerit, per triginta annos dominis suis seruisset, et per superbiã aut iniusta patrocinia, se reuoluere de domino suo proprio, & per pugnam uindicare uoluerit, nullatenus ei permittimus. sed seruiat, sicut decet seruos aut ancillas proprio domino suo.

II

Similiter, & si aldius fuerit, impendat obedientiam patrono suo, sicut per xxx. annos fecit, & ei noua à domino suo amplius nõ imponantur, sed liceat ei res suas habere, quas per xxx. annorum spatia iustè possedit.

III

Liberos quos constat triginta annis in libertate sua permansisse, nullam per pugnam patiantur uiolentiam, sed liceat eis, libertatem suam habere, & si eos

S quiscun

quiſcunq; pulſauerit, liceat illi cum ſacramentalibus ſuis ſe eduniare.

IIII

Si quis per triginta annos poſſederit caſas, familias, uel terras, & cognitũ fuerit, quia eius poſſeſsio fuit per triginta annorum curricula, pugna non proueniat, niſi ipſe qui poſſedit, ſecundum qualitatem pecuniæ, cum ſacramentum ſuum defendat. nam per pugnam ut diximus non fatigetur.

De Culpa ſeruorum. Tit. II.

Paragraph. I

SI ſeruus talem culpam fecerit, unde DCCCC. ſolid. qui in hoc Edicto ſcripti ſunt iudicantur, ut dominus pro ſeruo deberet componere: & hoc amputare iuſſerimus. ſi factum fuerit, nihil aliud componat dominus eius, niſi ipſa perſona tradatur, ad occidendum, & componat pro illicita re, quod ſeruus perpetrauit, ſolid. LX. amplius non requiratur.

II

Et ſi ipſe ſeruus, fuga lapſus fuerit, & non potuerit dominus eius eum inuenire, det pro ipſo ſeruo qui fugam periit, aut ſe dilatauit ſolid. XX. & præbeat ſacramentum dominus eius, quod non potuiſſet ipſum ſeruum inuenire. Et ſi quando cunq; inuentus fuerit, tradat eum ut ſupra ad moriendum, & recipiat ſolidos XX. quos pro fuga ipſius dedit. Nam LXX. ſolidos componat pro culpa quam ſeruus fecit.

III

Et ſi ſpolia hominis ſepulti ſeruus de ſepulchro tulerit, de quantum tulit, dominus eius reddat, & componat ut dictum eſt, ſolidos LX. & perſona tradatur.

De Succeſsione Nepotum. Tit. III.

Paragraph. I

SI quis habuerit filios legitimos, unum aut plures, & cõtigerit unum ex filiis uiuente patre mori, & reliquerit filios legitimos, unum aut plures, & contigerit † Abo mori talem partem percipiant de ſubſtantia abi ſui, unà cum patruis
† auum. ſuis, qualem pater eorum inter fratres ſuos, percepturus erat, ſi uiuus fuiſſet.

II

Similiter & ſi filias legitimas, unam aut plures, aut filios naturales unum aut plures, reliquerit eæ quæ fuerint habeant legem ſuam, ſicut in hoc Edicto legitur. Quia inhumanum & impiũ nobis uidetur, ut pro tali caſu exhæreditentur
† aui. filii, ab hereditate patris ſui pro eo, quod pater eorum in ſinu † abi mortuus eſt, ſed ex omnibus, ut ſupra, æqualem cum patruis ſuis in loco patris, poſt mortem abi, percipiant portionem.

III

Similiter & ſi legitimi non fuerint, & naturalis inuentus fuerit, unus aut plures, habeant legem ſuam, tertiam ex omnibus.

De Vxore dimiſſa. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis uxorem ſuam, abſq; culpa poſtpoſuerit, & aliam homo ſuper induxerit, componat ſolid. D. medietatem Regi & medietatem parentibus mulieris.

Mundius

II

Mundiũ uerò eius mulieris, quam postposuit, amittat. & si noluerit ad maritum suum reuerti, reuertatur ad parentes suos, cum rebus suis, & mundio.

III

Si quis uxorem suam decriminauerit, asto, citra causam legitimã quasi adulterasset, aut in anima mariti sui tractasset: licet illi mulieri, per sacramentũ parentũ aut per pugnam se mundare & si purificata fuerit.

IIII

Tunc maritus eius prębeat sacramentum cum parentibus suis legitimis, sibi duodecimus, quia non asto animo, nec doloso, ei crimen iniecit, ut eam deberet dimittere, nisi certam suspicionem auditam habuisset. hæc uerba, & si hoc facere potuerit, sit solutus à culpa.

V

Et si non fuerit ausus iurare, componat Vuidrigild eius mulieris, tanquam si fratrem eius occidisset, medietatem Regi, et medietatem parentes mulieris.

De Nuptijs illicitis. Tit. V.

Paragraph. I

SI mulier, aut puella, notum habuerit, quemcunque habere uxorem, & super ipsam introierit, & tulerit maritum non suum, sancimus, ut omnes res suas perdat ipsa mulier, & quæ sciens alterius marito uoluntariè, consensit. medietatem de rebus eius accipiat curtis Regia & medietatem parentibus prioris mulieris.

II

Et illam priorem mulierem, recipiat maritus suus, & colat eam, ut decet uxorem legitimam.

III

Vitium suum reputet quæ super alienam uxorem intrare præsumpsit, & nihil ei componatur, nec Faida requiratur.

Ancilla si aliquid furata fuerit. Tit. VI.

Paragraph. I

SI ancilla furtum fecerit, componat dominus eius tantum ipsum furtũ. nam XL. solid. unde in hoc Edicto legitur, pro culpa quod est, fegange, non requiratur, nec exigantur à domino ancillæ.

IN NOMINE DOmini Dei & ſaluatoris noſtri, incipit EDICTVM GENTIS LONGOBARDORVM, quod adiunxit dominus Lutprand Rex tempore ſuo.

Anno Regni eius I.

De Succeſsione filiarum. Tit. I.

Paragraph. I



SI quiſcunq; Lōgobardus, ſine filijs maſculinis legitimis mortuus fuerit, & filias reliquerit, ipſę ei in omni hęreditate patris uel matris ſuæ, tanquam filij maſculi, hęredes ſuccedant.

II

Si quis Longobardus, ſe uiuēte, filias ſuas nupto tradiderit, & alias in capillo in caſa reliquerit, tunc omnes æqualiter in eius ſubſtantia hęredes ſuccedere debeant, tanquam filij maſculini.

III

Si quis Longobardus, ſorores reliquerit, & uiuente eo ad maritum ambulauerint, tantum habeant ex fratris facultate, ſi ipſe filias reliquerit, quantum in die uotorum acceperunt, quando ad maritum ambulauerunt.

IIII

Nam ſi ipſe frater neq; filios neq; filias reliquerit, aut ſi habuerit, & ante eum mortui aut mortuæ fuerint, abſq; filijs & filiabus: tunc ſorores eius, tā quæ in capillo remanſerint, quàm quę ad maritum ambulauerunt, in omni ſubſtantia eius, ei hęredes æqualiter ſuccedant.

V

Si quis Longobardus, ſorores & filias, in capillo, in caſa reliquerit, pariter atque æqualiter quantæcunq; fuerint, in hęreditatem eius ei ſuccedere debeant, tā quam ſi filijs legitimis dereliquiſſet.

De poteſtate parentum in filias. Tit. II

Paragraph. I

SI filiæ, aut ſorores, contra uoluntatem patris, aut fratris egerint, poteſtatem habeat pater, aut frater, iudicandi res ſuas, quomodo aut qualiter uoluerint.

De Vltima uoluntate. Tit. III.

Paragraph. I

SI quilibet Longobardus, ut habet caſus humanæ fragilitatis, ęgrotauerit quan dō in lectulo reiaceat, poteſtatem habeat dum uiuit & rectè loqui poteſt, pro anima ſua iudicandi, uel diſpenſandi de rebus ſuis, quid aut qualiter uoluerit, & quod iudicauerit ſtabile debeat permanere.

Si quæ cauſæ, de ſuperſcriptis capitulis, quæ nuper in præſenti pagina Edicti figi præcepimus, antea deliberatæ, aut per diuiſionem finitæ ſunt, in eo modò maneant, ſicut antea ſunt finitæ, uel ſtatutæ: quæ autem terminatæ & per diuiſionem deciſæ non ſunt, in eo ordine deliberentur & maneant, ſicut modo decreuimus, & in hoc Edicto à nobis facto, ſtatuere uiſi ſumus. Quæ deniq; uniuerſa, ſuperius à celſitudine noſtra inſtituta, Prothonotario noſtri palatij comprehendenda, & ordinanda præcepimus.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS V.

EGo in Dei nomine Lutprand excellentissimus gentis felicissimæ & catholicæ, Deoq; dilectæ, Lõgobardorum Rex. Reminiscor, quomodo sicut in superiori, à nobis pagina legitur instituta, & qualiter à nobis anno Regni nostri I. Indictione XI. quæ nobis nostrisq; Iudicibus, & reliquis Longobardis fidelibus nostris ob Dei timorem atq; amorẽ recta comparuerunt, in antiquo Edicti corpore, recto adijcere curauimus moderamine: nũc iterum annuente Dei omnipotẽtis misericordia, die Calendarũ Martiarũ, anno Regni nostri Deo propitio, V. Indictione XV. simili modo cum omnibus Iudicibus nostris, de partibus Austriæ & Neustriæ, nec nõ et de Thusciæ finibus, seu cęteris nostris Lõgobardis, adhuc prę uidemus adaugere illa, quæ Deo credimus placita esse, ut in multis causis & locis prohibeantur periuria, & causæ eæ à quibuscunq; hominibus misericorditer disponantur, in peccato nos deinceps nequaquam præcedant. Et illud, quod forsitan antea uidebatur obscurũ, nunc omnibus luce clarius elucescat.

De Morgincap. Tit. IIII.

Paragraph. I

SI quis Longobardus, morgincap cõiugi suę dare uoluerit, quando eam sibi in coniugio sociauerit, ita decernimus. Vt alia die, ante parentes & amicos suos ostendat per scriptum cum testibus roboratum, & dicat. Quia ecce, quod coniugi meæ Morgincap dedi, ut in futuro pro hac causa, periurium non percurrat.

II

Ipsum morgincap, nolumus ut amplius sit, nisi quarta pars de eius substantia, qui ipsum morgincap facit.

III

Siquidem minus uoluerit dare, de rebus suis, quam ipsa quarta portio sit, habeat in omnibus licentiam dandi quantum uoluerit, nam super ipsam quartam portionem, dare nullatenus possit.

Qualiter se quisq; defendat. Tit. V.

Paragraph. I

SI qualiscunq; causa, inter collibertos aut parentes conuenerit, aut acta fuerit, & homines boni, tres aut quatuor interfuerũt, non † reprouetur postea ipsa causa, nisi eorum testimonium ambę partes credant qui inter fuerint. † reprobetur.

II

Pro cuius autem causa, testes illi testimonium reddiderint ipso homine causatori suo per sacramentum satisfaciat.

III

Testes uerò ipsi tales sint, quorum opinio in bonis præcellat operibus, & quibus fides admittitur, uel quibus Princeps, aut eius Iudices credere possint.

IIII

Et si forsitan rememorati testes, ueritatem ipsam cęlare uoluerint, tunc per sacramentum satisfaciant Principi, aut ad Missum eius, ut ipsa ueritas non obfuscetur.

V

Si quidem per Vuadia obligatio facta fuerit, & intentio probè fuerit excitata, in eo iudicio maneat, sicut in anteriore Edicto legitur, quod gloriosę memorię Rotharis Rex instituit.

De manu

De manumissionibus. Tit. VI.

Paragraph. I

SI quis seruum, aut ancillam in manu regis dederit, & ipse Princeps, eos per manus Sacerdotis, circa sacrum altare liberos dimiserit, sic permaneant liberi, sicut illi qui ᵃ Fulcfreal thingati fuerint.

II

Et qui mundium de ipsa libera à principe expetierit, sic eum habeat, sicut de fulcfreal muliere. nam amplius ei nullum conditionem debeat, neque ipsa, neque filia eius.

III

Et hoc statuimus, ut masculi qui de ipsa libera nati fuerint, absque mundio sint.

IIII

Fœminę habeant mundium, sicut & mater earum.

V

Et ipse mundius non sit amplius quam solidos tres.

VI

Si quis seruum aut ancillam liberum dimiserit, & posuerit ei mundium, aut unum solidum, aut duos, aut tres, aut sex, tantum habeat mundium quantum ei in chartula adfixerit.

VII

Et qui postea ex ipsa libera nati fuerint, siue masculi siue fœminæ, non habeât amplius mundium, nisi quantum & mater earum.

De Seruis. Tit. VII.

Paragraph. I

SI seruus dum in fuga est furtum fecerit, & in ipsa fuga foris prouinciam exierit, sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus Rotharis Rex instituit.

II

Et si ipse seruus ultra prouinciâ se dilatauerit, tunc dominus eius habeat spatiū ad eum requirendum per menses III. & si eum inuenerit, aut non inuenerit, & causa manifestata fuerit, quod hisdem seruus ipsum furtū fecisset, tunc dominus eius componat ipsum furtum sicut lex est.

III

Et si forsitan manifestatum non fuerit, & dominus eiusdem serui, uetauerit, quod ipsum furtum non fecisset seruus eius, tunc aut per pugnam, aut per sacramentum se defendat, si potuerit.

De Illicitis nuptijs. Tit. VIII.

Paragraph. I

SI quis puellam ante XII. annos, aut sponsauerit, aut tulerit, tunc ille qui eam tulit aut sponsauit, componat sicut in Edicto de Raptu continetur, hoc est solid. DCCCC. medietatem Regi, & medietatem eidem infantulæ. & ipsa reuertatur in casam, & in pecuniam suam, & sit quieta, usque ad † suprascriptum tempus, postea autem eligat sibi ubi uoluerit. † infantulæ

II

Si autem mundoald eius, consentiens fuerit, aut tradiderit eam ante suprascriptos duodecim annos, componat in sacro Palatio solid. ccc. & mūdium eius, & sit ipsa cum suis rebus ad mundium Palatij

III

Pater uerò & frater potestatem habeat, cui aut in quali ætate uoluerit, dandum aut sponsandum filiam aut sororem suam, quia his illi licentiam dedimus Eo quod credimus, quod pater filiam, aut frater sororem suam, doloso animo, aut cōtra rationem cuique homini non dabunt.

De Homicidijs liberorum. Tit. IX.

Paragraph. I

SI quis Longobardus, ab homine, quod Deus auertat, interemptus fuerit, & caussa secundum legem ad compositionem uenerit & ipse qui occisus fuerit, filium masculinũ non reliquerit (quamq̃ filiam instituissemus heredes, sicut masculum in omnem substantiam patris & matris) ipsam compositionem uolumus, ut accipiant propinqui parentes eiusdem qui occisus fuerit, illi qui per caput succedere potuerunt. quia filiæ eius, eo quod fœmineo sexu esse probãtur, non possunt faidam ipsam liberare.

II

Ideo prospeximus, ut ipsam compositionem recipiant nisi ut diximus, suprafati propinqui parentes.

III

Et si propinqui parentes, non fuerint, tunc medietatem de ipsa compositione suscipiant filiæ eius, & medietatem curtis Regia.

De Successione aliter. Tit. X.

Paragraph. I

SI sorores in casa patris remanserint, aut ad maritũ ambulauerint, succedant patri suo, & matri suæ, in omni substantia eorum sicut ante [a] statuimus. & si contigerit, unam ex eisdem sororibus mori, tunc & quæ in capillo remanserint & quæ ad maritum ambulauerint, in omni portione sorori suę defunctę (quamuis puella mortua fuerat) succedant.

II

Parentes autem propinqui, aut mundoald earum, tantum mundium earum suscipiant.

III

Nam de rebus suis alijs nihil percipiant.

IIII

Si autem contigerit illam mori, quæ iam nupta tradita est, tũc ille ei succedat, qui eam per mundium suam fecit.

Si autem, qualiscumq; causa à modo emerserint, de his Capitulis quæ nunc excellentia nostra statuit à præsenti die Cal. Martiarum, hoc est, quintadecima indictione & anno Regni nostri, in Dei nomine, V. uolumus ut sic terminentur, sicut Celsitudo nostra, cum Iudicibus & reliquis Longobardis decreuit, & supra leguntur. Quæ uerò antea de talibus Capitulis prouenerunt, & iam finita aut statuta sunt, sic permaneant, sicut prius cognoscuntur esse decisa.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS VIII.

EGo in Dei omnipotentis nomine excellentissimus Lutprand Rex, felicissimæ gentis Longobardorum, anno, Deo propitio, Regni mei VIII. die Cal. Martiarum, indictione III. una cũ illustrib. uerè optimatib. meis, ex Neustriæ, Austriæ, & Thusciæ partibus, uel uniuersis nobilib. Longobardis, dum singula quæ in anterioribus Titulis huius Edicti leguntur, studiosè ac subtiliter pertractassemus, adsistente omni populo, pro ut præsens sequensq; sermo monstrauerit, addere & elucidare, siue statuere uisum est, Legem.

De Vuadijs & fideiussoribus. Tit. XI.

Paragraph. I

QVicunq; homo, sub regni nostri ditione, cuicunq; à modo uuadia dederit & fide

& fideiussorem posuerit, in præsentia duorum uel trium testium, (quorum fides admittitur) in omnibus complere debeat.

II

Et si distulerit, & pignoratus fuerit, in his rebus quibus licitũ est pignorare, nullam calumniam qui pignorauerit patiatur.

III

Nam qui sine hac manifestatione, pignorare præsumpserit, iubemus ut in duplum pignus restituat.

IIII

Si uerò inter creditorem & fideiussorem orta fuerit intentio qualiter in anteriori Edicto legitur, & à gloriosissimo Rothari Rege institutum est, per sacramẽtum determinetur. nam si in præsentia duorum uel trium testium, stipulatio ipsa facta fuerit, eorum testimonium (ut sacramentum inter dantes & accipientes nemini proueniat) credatur.

IIII

Et si debuerint ipsi testes, suum testimonium firmare, nobis, uel qui in tempore Princeps fuerit, uel iudicio firmare debeant.

V

Et si homines inter non fuerint, quando Vuadia datur, quicunq; quasi fideiussorem pignorauerit, componat sicut supra legitur.

VI

Si quis mutuauerit solidos cuicunq; homini, per cautionem, si intra v. annos creditor pulsauerit, & debitor non habuerit unde soluat, renouetur cautio ipsa, usq; ad annos .x.

VII

Si intra annos x. pulsatus fuerit, & nõ reddiderit, sed dilatauerit usq; xx. annos et fuerit pulsatus, aut per Principẽ, aut per iudicem ciuitatis, & probatum fuerit, ipsa cautione, debitum, ipse aut hæredes eius persoluant.

VIII

Nam si nec cautio fuerit intra x. annos bis renouata, neq; per principem uel iudicem ostensa, siue manifestata usq; ad xx. annos, iubemus ut creditor post modum taceat, & nullam habeat facũdiam de debitoribus suis requirendũ, excepto si ei captiuitas euenerit.

IX

De cautionibus autẽ, quæ usq; modo indictione III. factæ sunt, intra v. annos istos aduenientes, iubemus, ut renouentur, aut exequantur.

X

Nam si distulerint, intra v. annos debitores suos pulsare, aut cautiones renouare, ut debita reddantur. et negligentia fuerit, non habeat post modum facũdiã, ipsa debita requirendum.

XI

De his autem cautionibus, quæ à modo factæ fuerint, sic fiat, sicut supra præmisimus & statuimus.

De Parricidijs. Tit. XII.

Paragraph. I

Si quis frater fratrem suum in peccatis † exemerit (quanquam anterius Edictum contineat, ut proximi parentes homicidę succedant: nos proximos, fratres appellamus) si frater relictus fuerit, in res homicidæ, frater succedat, ita, ut secundum qualitatem personæ, de ipsa substantia homicidæ, si ille † in tergum eum occiderit.

Si ille qui occisus est, filios reliquerit, compositionem dare debeat. reliquū autem quod fuerit, sibi habeat.

II

Et si pecunia ipsius homicidæ, in tantum fuerit sub exstimatione, quantum ipsa compositio est, aut fortè minus, habeant eam filij ipsius, qui occisus est.

III

Quod si non reliquerit fratres unum, aut plures, is qui occisus est, quantulūcunq; sit substantia homicidæ, filij ipsius qui occisus est, in ea succedere debent.

IIII

Quod si non habuerit filios proximi parentes succedant, per gradus.

V

Quod si nec parētes fuerint, q ei legitimè succedere posint, succedat ei curtis Regia.

VI

De anima aūt homicidę sit in potestate Regis, sicut in anteriore Edicto legis.

De Negotiatoribus uel magistris. Tit. XIIII.

Paragraph. I

SI quis negotium peragendum, uel pro qualicunq; artificio, intra prouinciam uel extra prouinciam ambulauerit, & intra III. annos regressus nō fuerit, & forsitan infirmitas ei emerserit: faciat scire per Iudicem aut per missum suum. nam si hoc distulerit mandare, si filios reliquerit, habeant res ipsius, in suo iure.

II

Et cuiuscunque filius, transacto constituto, cautiones uēditionis, aut qualiscunq; obligationis, de rebus patris sui fecerit, stabile permaneat.

III

Et de uita patris, uel sua, persoluat.

IIII

Et si ipse postea regressus fuerit, iubemus ut nec à filijs suis recipiatur, nec res suas in potestate habeat.

V

Quod si filius ipsius, sine notitia uel iussione Regis eum recolligere præsumpserit, omnes res eorum, & patris substantia ad curtem Regiam deuoluātur.

VI

Et si filios non habuerit, & habuerit fratres ipsi res eius habeant.

VII

Et si nec fratres habuerit, habeāt pximi parētes. & si nec parētes proximi inuēti fuerint, q legib. succedere posint, post pdictos III. annos, curtis Regia succedat.

VIII

Quod si habuerit uxorem, & intra supradictū constitutū, hoc est, tres annos, minime regressus fuerit, ueniat ipsa ad palatium regis, qui in tēpore fuerit, & qualiter ei ipse maritādi licētiā dederit, aut de causa ipsius ordinauerit, uel tractauerit, ita facere debeat. Nā sine pmissione Regis nō pręsumat maritū ducere, et si ipsi post tres annos, inuēti fuerint, potestatē habeat Rex, de eis iudicare qualiter uoluerint

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIUS IX.

EGo in Dei omnipotentis nomine Lutprand excellentissimæ ac Deo dilectæ & catholicæ gentis Lōgobardorū Rex, Reminiscor, quomodo in superiore, Edicti corpore adijcere curauimus, licet à paruo, tamen in uoluminib tribus, id est, in I. & in V. & in VIII. Regni nostri anno, Indictione XI. XII. & III. ea quæ recta, & secundum Deum, nobis tranquilla comparuerunt, nunc autem, Regni nostri Deo protegente, IX. die Calendarum Martiarum, Indictione IIII. pertractantes omnia antiquioris Edicti Capita, una cū Iudicibus & reliquis Longobardis fidelibus nostris, iteratis, in IIII. uolumine supplere & augere prauidemus, quæ nobis iuxta Deū recta comparuerūt. id est, in primis in quantis annis, debeat esse legitima ętas.

De ętate

De ætate legitima. Tit. XV.

Paragraph. I

HOc prospeximus, ut intra decem & octo annos, non sit legitimus homo, res suas ad alienādum, excepto si pater eius debitum dimiserit, habeat potestatē unà cum notitia Principis terræ istius, tantum de rebus suis dandum, quantū ipsi in debitum fuerit, ut ei maior dāni ętas propter † honorē solidorū non adcrescat. † onus † onera.

II

Et ipse princeps, qui pro tempore fuerit, propter Deū & animę suæ mercedē dirigat personam Deum timentem, de sua præsentia, qui hoc ipsum sapienter cōsideret: ut ad ipsum infantulum, aliqua damni ętas contra rationem, aut per negligentiam minimè perueniat.

III

Et in XIX. anno, sit homini Longobardo legitima ętas, & quodcunq; fecerit, uel iudicauerit de rebus suis, stabili ordine debeat permanere.

IIII

Et hoc statuimus atq; censemus, ut si cuicunque ante ipsos XIX. annos, euenerit ęgritudo, & se uiderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis, pro anima sua, in sanctis locis, causa pietatis, uel in † senedohio iudicare, quod uoluerit, & quod iudicauerit, pro anima sua, stabile debeat permanere. † xenodochio

De Homicidijs liberorum. Tit. XVI.

Paragraph. I

SI quis homo, se defendendo liberum hominē occiderit, & sic probatum fuerit, quod se defendendo ipsum hominem † occisisset, sic eum componat, sicut in anteriori Edicto cōtinetur. quod gloriosissimus Rotharis Rex facere uisus est. † occidisset.

II

Nam qui super alium ambulauerit, & sic eum pro quacunq; causa occiderit, omnem substantiam suam amittat, & habeant eam hęredes ipsius, qui occisus fuerit in hoc ordine.

III

Ita sanè, ut si minor fuerit substantia homicidę quàm † anterior compositio erat: aut nisi tantum, tunc & res suas perdat ipse homicida, & persona eius tradatur ad propinquos defuncti. † antiqua.

IIII

Nam si amplius habuerit, ipse homicida substantiam, quàm compositio anterior erat, amittat res suas, & accipiant hęredes ipsius, q occisus fuerit, in antea tantum, quantum compositio antiqua fuit.

V

Et quod superfuerit medietatem habeat curtis Regia, & medietatem hęredes defuncti: & ipse homicida animam suam liberet.

VI

Si seruus cum uoluntate domini sui, hominem liberum occiserit, & probatum sic fuerit, tunc ipse dominus eius, omnes res suas perdat in eo ordine, sicut supra adnexū est.

VII

Et si dominus † uetauerit quod per ipsius consilium factum non fuisset, purificet se, ad legem Dei, & comp. ipsum mortuum, sicut antea fuit consuetudo. † negauerit

VIII

Et in supra, ipsum seruum tradat in manus parentibus defuncti.

De Muliere uendēte res suas consentiente marito. Tit. XVII.

Paragraph. I

SI quę mulier, res suas consentiente uiro suo, communiter uendere uoluerit, ipse

ipse qui emere uult, uel illi qui uendunt, faciant notitiam ad duos uel tres parentes ipsius mulieris, qui propinquiores sunt, & si in præsentia, de ipsis parētib. suis mulier illa, uiolentias aliquas se dixerit pati, non sit stabile, quod uendiderit.

II

Nam si in pręsentia ipsorum parentū suorum, uel Iudicis, qui in loco fuerint, uiolentias se pati non clamauerit, nisi uoluntate sua se dixerit res suas uendere, tunc ab illo die, omni tempore, quod uendiderit stabile debeat permanere. ita tamen, ut ipsi parentes, qui interfuerint, aut Iudex in chartula ipsa manum ponāt.

III

Et si contigerit casu, ut ille maritus moriatur, & ad alium ambulauerit, stabilis permaneat ipsa uenditio.

IIII

Scriba autem, qui chartulam ipsam scripserit, non aliter præsumat scribere, nisi cum notitia parentum, aut Iudicis sicut supra dictum est. & si aliter fecerit, sit ipsa uenditio uacua, & prædictus scriba, sit culpabilis, sicut qui chartulam falsam scribit.

De Manumissione. Tit. XVIII.

Paragraph. I

SI quis seruum, uel ancillam suam in Ecclesia circa altare, modo liberum, uel liberam dimiserit, sic ei maneat libertus, sicut ille, qui Fulfreal, in quarta manu traditus, & Aamund factus est.

II

Nam qui aldionem facere uoluerit, non eum ducat in Ecclesiam, nisi in alio modo faciat, qualiter uoluerit, siue per chartulam, siue qualiter ei placuerit.

De Muliere libera, quę seruum tulerit. Tit XIX.

Paragraph. I

SI mulier libera seruum tulerit, & parentes eius, intra anni spatium, in eam uindictam dare neglexerint, sicut in anteriore Edicto continetur, tunc quandocūque post ipsum anni spatium, inuenta fuerit, sit ancilla Palatij.

II

Et ipse seruus, similiter ad publicum replicetur.

III

Et filij qui ex eis nati fuerint, curti Regis omninò deseruiant.

IIII

Nam si parentes ipsius mulieris, uel dominus serui, cōpleuerint intra supra scriptum spatium, quod anteriori Edicto continetur, sic permaneat.

De caussa Sculdahis nota facta. Tit. XX.

Paragraph. I

SI quis causam habuerit, & Sculdahis suo causam suā dixerit, & ipse Sculdahis iustitiam intra quatuor dies facere neglexerit (si ambo causatores, sub uno Sculdahis sunt) tunc componat ei, qui causam suam reclamauit, ipse Sculdahis, solid. sex, & Iudici suo solid. sex.

II

Et si forsitan ille, super quem reclamauit, infirmus est, ut pro utilitate sua, in alia ciuitate esse dignoscitur, expectet eum dum reuertatur, aut de infirmitate sua conualescat. & dum regressus fuerit, aut de infirmitate conualuerit, si intra statutos quatuor dies, minimè eum ad iustitiam faciendum distrinxerint, cō

ponat

ponat ipse Sculdahis,ficut iam dictum est,cuius causa est, solid. VI.& Iudici suo solid. VI.

III

Si uerò talis causa fuerit,quod ipse Sculdahis minimè deliberare posset, dirigat ambas partes,ad iudicem suum.& si iudex eius causam ipsam dilatauerit, & intra sex dies inter eos per legem non iudicauerit,componat illi, qui reclamauit, solid.numero XII.

IIII

Et si nec Iudex ipse deliberare potuerit,dirigat intra XII. dies ambas partes in præsentia Regis.nam si aliter fecerit ipse Iudex,et intra XII.dies,ut dictum est,iustitiam suam non inuenerit qui proclamauit, tantum componat ipse Iudex solid. XII.& Regi sit culpabilis solid. XX.

V

Si homines de sub uno Iudice, de duobus tamen Sculdahis causam habuerint,ille qui pulsat,uadat cum Misso aut epistola suo Sculdahis ad illum aliũ, de sub quo ipse est,cum quo causã habet.& si ei intra IIII. dies minimè iustitiam fecerit,componat ipse Sculdahis,qui distringere neglexerit,ei qui reclamauit solid. VI.& Iudici suo solid.VI.

VI

Et si talis causa fuerit,quã deliberare non posset, dirigat eos intra VI.dies,secũdum anterius Capitulum.

VII

Nam si qualiter in superiore capitulo cõstitutum est,† sibe Sculdahis,sibe Iudex,nõ in omnibus compleuerint, componat qualiter supra adfixum est, illi qui causam suam reclamauit,solid.VI.& Iudici suo solid.VI.& Iudex componat illi,cuius causa est,solid.XII.& Regi solid. XX. † siue.

VIII

Si quis in alia ciuitate causam habuerit,similiter uadat cũ Epistola de Iudice suo,ad Iudicem,qui in loco est,& si ipse Iudex,ei iustitiam intra VIII.dies minimè facere distrinxerit,aut non compleuerit, componat illi qui reclamauit,sol.XX.& Regi alios XX.

IX

Et si talis causa fuerit,quam deliberare minimè posit, ponat constitutum & distringat hominẽ illũ,de sub sua iudicaria,intra XII.dies in præsẽtiã Regis uenire.

X

Nam si aliter fecerint, & distringere neglexerit, componat sicut supra dictũ est,solid.XL.medietatem Regi,& medietatem qui causam reclamauit.

De Iustitia recusata. Tit. XXI.

Paragraph.

SI quis causam suam habuerit,& Sculdahis aut Iudex,ei secundum Edicti tenorem,& per legem iudicauerit,& ipse stare in eodem iudicio minimè uoluerit, componat illi,qui iudicauit solid.XX.

II

Nam de causa,quæ per arbitrium iudicata fuerit,& ipse crediderit legem nõ iudicasse,& ad Regem reclamauit, non sit culpabilis.

III

Et si Iudex contra legem iudicauerit,componat solid.XL. medietatem Regi, & medietatem, cuius causa fuerit.& si forsitan Iudex, causam per arbitrium iudicauerit,& iudicium eius † rectè non parauerit,non sit culpabilis,nisi præbeat sacramentũ Regi,quod iniquo animo,autor † ruptus à præmio causam ipsam nõ iudicasset, nisi sic ei legem esse comparuisset,& sit absolutus.nam si iurare non præsumpserit, componat ut supra dictum est.Et hoc statuimus,atq; definimus,ut de † rectum nõ apparuerit. † corruptus.

T supra

ſupraſcriptis capitulis, quæ modo adiunximus, qualeſcunq; cauſæ antea emerſerunt, aut factæ ſunt, in eo ordine finiantur, & maneant, ſicut anterior fuit conſuetudo, uel qualiter in antiquo Edicti corpore continetur. Quę uerò à modo, id eſt, à die Calendarum Martiarum, indictione III. euenerint, uel fieri cõtigerint, ſic terminentur, & finem accipiant, ſicut in pręſenti ſtatuere uiſi ſumus excepto de muliere libera, qui ſeruum tulit & ſecũdum anterius Edictũ condẽnata non eſt. Vbicunq; inuenta fuerit, ſit ancilla Palatij, & filij eius ſerui Regis.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS XI.

QVoniam quidem, ſuperius in hoc Edicti corpore ea quæ nobis, & noſtris Iudicibus uel cæteris Longobardis, congrua paruerunt, in IIII. Voluminibus, adiungere curauimus, & nunc, ſi aliquid pro gentis noſtræ ſaluatione, adhuc adijcere poſſumus, credimus pro his Dei miſericordiam adipiſci, & retributionẽ ab ipſo domino IESV CHRISTO nihilominus promereri Ergo in Dei nomine, ego, qui ſupra, Lutprand, excellentiſsimæ gentis Lõgobardorum Rex, anno regni mei, Deo protegente XI. die Cal. Martiarum, indictione VI. hoc iterum, in V. uolumine, adaugere curauimus.

De fœminis quæ Velum ſacrum accipiunt. Tit. XXII.

Paragraph. I

DE his fœminis, qui uelamen ſacrę religionis ſuſcipiunt, atq; à parentib. ſuis, Deo nouentur, aut ipſæ eligunt religionis habitũ, & ueſtẽ monaſticã induere, quanquam à Sacerdote conſecratæ non ſint, ſic nobis iuſtum paruit eſſe, pro Dei amore, ut in ipſo habitu, in omnibus perſeuerẽt: nec ſit excuſatio malis hominibus, dicendo, Quod ſacratæ non ſint, Ideo ſi copulantur, culpam non habeant. ſed ut ſupra præſumpſimus, quæ tale ſignum ſuper ſe, id eſt, uelamen, & ueſtẽ ſanctæ Dei genetricis Mariæ, quocunq; ingenio in ſe ſuſcipiunt, ut poſtea ad ſecularem uitam, uel habitum, tranſire nullatenus præſumant.

II

Quia conſiderare debent omnes Chriſtiani q; ſi quiſcunq; ſecularis, parentẽ noſtram ſecularem deſponſat, cũ ſolo † annolo eam ſubarrat, & ſuam facit. et ſi poſtea alteram uxorem ducit, culpabilis inuenitur, ſolid. D. quanto magis debet cauſa Dei & ſanctæ Mariæ amplioris eſſe, ut qui ipſum uelamen, uel habitum in ſe ſuſcipiunt, in eo dein debeant perſeuerare.

† annulo

III

Et ſi quæ uerò fœmina, contra hæc, quæ noſtra inſtituit excellentia egerit, aut maritos ſe copulauerit, perdat omnem ſubſtantiam ſuam, & ueniat ipſa ſubſtantia ad poteſtatem Palatij.

IIII

De perſona autẽ eiuſdem fœminę, quę tale malum cõmiſerit, iudicet Rex qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit, aut in Monaſterio mittendam, aut qualiter ſecundum Deum melius prӕuiderit.

V

Simili modo, & de uictu, uel ueſtimento eius, ipſe Princeps ordinet qualiter ei placuerit.

VI

Si autem ille, in cuius mundium talis fœmina eſt, cõſentiens fuerit, in ſupraſcripto malo, & probatum fuerit, componat Vuidrigild ſuo.

VII

Et ille, qui eam tollere præſumpſerit, componat in Palatio ſolid. DC.

Et ille

VIII

Si autem mundoald ad ipſum malũ conſentiens non fuerit, medietatem de ipſis DC. ſolid. accipiat ipſe, & medietatem Rex.

IX

Quia autem talem fœminam rapuerit, componat ſolid. M. ut præcedat cauſa Dei ſolid. C. quoniam de raptu ſecularis fœminę, compoſitio DCCCC. ſolid. in Edicto legitur.

X

Ipſa uerò, quę non conſeruauerit ea quę ſuperius legũtur, & ſupraſcripto malo conſenſerit, pœnę ſupraſcriptæ ſubiaceat:

De Raptu mulierum. Tit. XXIII.

Paragraph. I

SI quis rapuerit qualemcunque fœminam liberam, ſecularem, unde in anteriori Edicto legitur, compoſitio ſolid. DCCCC. Ita uolumus, ut de illis CCCCL. ſolid. qui pertinent ad parentes, uel mundoald, ut accipiat ex ipſis ſolid. mũdoald, qui fuerit, pro fatigio ſuo, & exactione de ipſa, in pœnã ſolid. numero CL. reliquos uerò CCC. habeat ipſa fœmina, cui talis iniuria, aut detractio facta eſt.

II

Si autem patrem aut fratrem ipſa fœmina habuerit, & in eorum mundio fuerit, tunc pater aut frater, de ipſa compoſitione, quod ſunt ſolid. CCCCL. faciant cum filia, aut ſorore ſua qualiter uoluerint. nam alter mundoald, aut parens, ſic diuidãt ipſam compoſitionem, ſicut ſupra ſtatuimus.

De ijs qui illicito matrimonio nati ſunt. Tit. XXIIII.

Paragraph. I

DE his qui de illicito matrimonio nati ſunt, uel naſcuntur, id eſt, de matrinia, filiaſtra, uel cognata, quod eſt, uxor fratris, aut ſoror uxoris, quia & Canones ſic habẽt de duabus ſororib. ſicũt & de duobus fratribus. Qui de tali matrimonio natus fuerit, hæres legitimus patri ſuo non ſit.

II

Niſi habeant ipſas res parẽtes propinqui, & ſi parentes non fuerint, ſuccedat curtis regia.

III

Hoc autem Deo iuuante ſtatuere præuidemus, ut à modo nullus homo, præſumat, relictam de † conſuprino aut in ſuprino ſuo uxorem ducere. † de conſobrino aut ſobrino.

IIII

Si quis autem, hoc quod illicitum eſt à modo facere præſumpſerit, amittat ſubſtantiam ſuam, & qui de tali coniugio procreati fuerint, legitimi hæredes non exiſtant, & ſi parentibus propinqui non fuerint curtis regia ſuccedat.

V

Hoc autem ideo adfiximus, quia Deo teſte Papa urbis Romæ (qui in omni mundo caput Eccleſiarum Dei & ſacerdotum eſt) per ſuam Epiſtolam nos adhortauit, ut tale coniugium nullatenus fieri permitteremus.

VI

Item hoc cenſemus atque præcipimus, ut nullus præſumat commatrem ſuam, uxorem ducere

VII

Sed nec filiam, quam de ſacro fonte leuauit.

VIII

Neque filius eius præſumat filiam ipſius uxorem ducere, qui eum de fonte

 ſuſcepit:

suscepit: quia spiritales germani esse noscuntur. & qui hoc malum facere præsumpserit, perdat omnem substantiam suam, & filij qui de tali inlicito matrimonio nascuntur, hæredes esse non debent, nisi propinqui parentes.

IX

Et si parentes propinqui non fuerint, curtis regia succedat.

X

Vbi autem inuenti fuerint, qui suprascripta inlicita coniugia contraxerint de præsenti separētur, & pœnę suprascriptę subiaceant.

De eo qui contra Iudicem seditionem leuauerit. Tit. XXV.

Paragraph. I

SI quis sine uoluntate Regis in qualicunque ciuitate contra Iudicem seditionem leuauerit, aut aliquod malum fecerit, uel eum sine Regis iussione expellere quæsierit. aut alteri homines de altera ciuitate, contra aliam ciuitatem uel alium Iudicem ut supra, sine Regis iussione, seditionem fecerint: aut eum expellere sine Regis uoluntate quæsierint, tunc ille, qui in caput fuerit, animæ suę incurrat periculum, & omnes res eius, ad publicum deueniant. reliqui autem, qui cum ipso fuerint, in malo consentientes, unusquisque componat in Palatio Vuidrigild suo.

II

Et si casam cuiuscunque bluttauerint, aut res eorum tulerint, qui cum Palatio & cum Rege tenent, & fidem suam cum iudice cōseruant, componāt omnes res, cui eas tulerint, in octogild, & Vuidrigild suum, ut supra diximus componant in Palatio.

III

Hoc autem præuidimus in pręsenti pagina Edicti scribere, ut malum uitium non crescat sed amputetur, & ut omnes in pace & in gratia Dei & Regis uiuere ualeant.

De Vuadijs & pignoribus. Tit. XXVI.

Paragraph. I

SI quis dederit Vuadiam, & eam recipere neglexerit, componat sicut in anteriori Edicto legitur.

II

Et si ille qui ipsam uuadiā accepit, reddere neglexerit per fideiussores, & apud eum manserit, sic comp. quomodo & ille, qui uuadiā suam recipere neglexerit.

III

Si quis alteri homini uuadiam dederit, & antequam eam per fideiussorem habeat, uiolenter de manu illius abstraxerit, cui eam dedit componat ei ipsam uuadiam * solid. XXIIII.

* quam ei de manibus abstraxerit.

IIII

Hoc autem ideo adfigi pręcepimus, ne pro tali causa scandalum oriatur, aut animæ pereant.

V

Si quis alij uuadiam dederit, & uoluerit eam per fideiussores suos recipere, & adduxerit ad eum, duos, uel tres. & ipse dixerit. Quia nescio qui sint. ut damnū ei facere possit. Tūc adducere ei debeat fideiussores, aut de illa ciuitate, unde ipse est qui uuadiam dedit, aut de illa unde ipse est, qui suscepit. & si minime ibi ita inuenti fuerint, tunc suscipere debeat ipse, qui uuadiam accepit fideiussorem hominem liberum, quem cōlibertus eius cognitum habet. et dicit ei. Quod ego scio quia ei credi potest. homo ille, qui uuadiam dedit, damnum non patiatur.

Si quis

V

SI quis alij homini uuadiam dederit pro quacunq; causa, & fideiussorem posuerit, & postea ad ipsum fideiussorem antestetetit, aut pignus de manu tulerit, & probatum fuerit, componat solid. xx.

VI

Si quis alij homini uuadiam dederit. & fideiussorē posuerit, & ipse fideiussor eum pignorauerit, & pignora ipsa ad creditorem eius dederit, & postea ipse, cuius pignora fuerint per uirtutem tulerit, componat ipsa pignora in octogild.

VII

Si quis alio ante constitutum pignorauerit, & probatum fuerit, quod ante constitutum pignorasset, componat ipsum pignus in octogild.

De Triuuis datis & ruptis. Tit. XXVII.

Paragraph. I

SI quis Iudex aut Actor publicus, in qualicūq; ciuitate, aut loco inter homines qui aliquam discordiam habent, † triuuas tulerit, & unus ex ipsis hominibus, inter quos ipsæ triuuæ cultæ sunt, eas ruperit, medietatem de ipsis triuuis componat in publico, & medietatem illi cuius causa est. † treuga

II

Et ipsæ triuuæ non sint minus quàm solid. cc.

III

Qui autem amplius forsitan pro maioribus ponere uoluerit, sit ei licentia.

De Donationibus & emptionibus. Tit. XXVIII.

Paragraph. I

SI quis alij homini, qualemcūq; rem donauerit & launegild susceperit, & postea minimè defendere potuerit, tūc aliam talē rem, qualē donauit, qualis in illa die inuenitur esse, reddat, cui donauit, & amplius non calumnietur.

II

Et si de colludio pulsatus fuerit, satisfaciat ad Euangelia, quod nullum colludium cum alio homine, de ipsa causa factū habeat, sit solutus de ipsa culpa. sic tamen, ut suprascriptam rem, consimile reddat cui donauit.

De Seruis fugacibus. Tit. XXIX.

Paragraph. I

DE seruo fugace, & aduena homine, si in alia iudiciaria inuentus fuerit, tunc Decanus aut Saltarius, qui in loco est, cōprehendere debeat, & ad Sculdahis perducat & ipse Sculdahis, eum Iudici suo consignet. & ipse Iudex, potestatem habeat eum inquirendum, unde ipse est.

II

Et si inuentus fuerit, quod seruus sit, aut fur, mox mandet ad Iudicem, aut ad dominum eius, unde ipse fuerit, & habeat pro Præsura de ipso seruo, per caput solid. II.

III

Si aūt post inquisitā causam, ipse homo, qui cōprehensus aut inquisitus fuerit, liber apparuerit, nulla sit ei culpa, qui eū præsit, aut q inquisiuit. Si uerò Decanus aut Saltarius hoc facere distulerit, componat solid. IIII. medietatem Sculdahis suo, & medietatem cuius causa est.

IIII

Et si Sculdahis neglectum posuerit, componat solid. VIII. medietatem Iudici suo, & medietatem cuius causa est.

V

Si uerò Iudex ad eum inquirendum, uel mandatum faciendum, unde ipse homo est distulerit, componat in Palatio Regis XII.

VI

Et si ille Iudex, cui mandatum uenerit, neglectum fecerit, ad ipsum hominē recolligendum, aut arimanno suo mandatum faciendum quia in tali loco homo tuus comprehensus est, & hoc neglexerit, componat in Palatio solid. XII. Et sit spatium de ipsum mandarū faciendū, in istis partibus, in mense uno. Trans Alpes uerò in partibus Thusciæ, in menses duos.

De Stalaria capulata. Tit. XXX.

Paragraph. I

SI quis stalaria alterius cappellauerit, componat ei cuius stalaria fuerit, solid. VI.

De Inuasionibus. Tit. XXXI.

Paragraph. I

SI quis fossatum in terra alterius fecerit, & suam non potuerit adprobare, cōponat ei cuius terra est. solid. VI

II

Si quis sepe in terram alterius miserit, & sua probare nō potuerit, componat ei cuius terra est, solid. VI.

De non suæ rei Venditione Tit. XXXII

Paragraph. I

SI quis Liberum hominem foris prouinciam uendiderit, componat uuidrigild eius, si eum occidisset.

II

Si quis seruum alienum foris prouinciam uendiderit, & probatum fuerit, in quadruplum eum cōponat, sicut adpreciatus fuerit ipsa persona.

De Seruo in sacramentum misso. Tit. XXXIII.

Paragraph. I

SI quis seruum alienum, sine uoluntate domini sui, in sacramentum miserit, aut manum in caldeiia eum mittere fecerit, componat à domino eius solid. XX.

De Manumissione. Tit. XXXIIII.

Paragraph. I

SI quis seruum alienum, in manu Regis dederit, & probatum fuerit, non suū seruum dedisse, componat Regi, qui pro tempore fuerit, solid. C.

II

Et ipse seruus reuertatur ad proprium dominum suum, & sit seruus sicut antea fuit, & insuper qui eum in manu Regis dederit, cōponat domino eius sol. XX.

III

Si seruum alienum sine uoluntate domini sui liberum dimiserit, aut ipse, aut qualitercunque (excepto per manū Regis) & probatum fuerit, quod seruum alienum uendidit. Tunc ipse seruus reuertatur ad proprium dominum suum, & sit seruus sicut antea fuit. Et ille qui eum illicitè liberauit, componat domino sol. XX.

IIII

Si quis seruum alienum sine uoluntate domini sui clericauerit, cōponat domino eius pro illicita præsumptione, solid. XX. & ipse seruus reuertatur ad propriū dominum suum, & ipse dominus eius habeat eum sicut uoluerit.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS. XII.

†proficit SCimus enim, & firmiter retinemus, quoniā qui per gradus & tempora in bono †proficiscit, opere semper ad meliora tendere uidetur, quod Dei in eo operetur pietas & eius misericordia eum illustrat, qui omnes saluos uult fieri, & ad agnitionem suæ ueritatis uenire.

uenire. Ergo si pro gentis nostræ saluatione, aut pauperum fatigatione, aliquid possumus cōijcere, quod in Edicti corpore adiungamus (quanquā in *V*. uoluminibus adiunximus) credimus quod misericordia Dei in bono nobis pro hac retribuat causa, eò quod pro solo Dei timore & amore hoc facimus. Vt omnes causæ per rationem & iustitiam terminentur, nec sit aliquis error sed magis clarescat omnibus sua iustitia, unde sine intermissione nomē Domini benedicant. Ideoq; ego Lutprand in Dei nomine excellentissimus gentis Christianæ & Catholicæ Longobardorum Rex, anno regni mei (Christo protegente) *XII.* die Calendarum Martiarum, Indictione *V II.* unà cum Iudicibus, & reliquis Longobardis fidelibus nostris, hoc adiungere in Edicti curauimus paginam, in uolumina quidem *V I.* quod antea fuerat multis superuenientibus causis omissum.

De Donationibus. Tit. XXXV.

Paragraph. I

SI quis chartulam donationis per gairethinx factam aut per susceptum launechild, uel fortè comparatione ostenderit, & res ipsas unde legitur, non possederit, & dixerit: Quod munimen suum† adsentatum fuisset, & si per xxx. annos & super, possessio ipsa fuerit, non habeat aduersus eum qui possedit facundiā loquendo, cum munimine ipso quod ostendere uidetur, nisi ipse firmiter possideat qui per xxx. annos possedit. Quia iam à clarissimo Grimoald Rege, de xxx. annorum possessione institutum est. †absentatum

II

Nam si intra xxx. annos possessio ipsa fuerit, Pontificium habeat, cum monimine suo dicendum quod uoluerit, & ipse qui possederit, ei secundum Edictum respondeat.

De Seruo aamund facto. Tit. XXXVI.

Parapraph. I

SI quis seruum suum fulfreale inthingauerit, & aamund à se fecerit, uel quocunq; modo à se absoluerit, in manu Regis dando, aut in Ecclesia circa altare ducendo, & postea ipse libertus uoluntatē patroni sui fecerit, manifestare debeat libertus ipse libertatem suam, sæpius indicet ad uicinos suos, qualiter absolutus ipse uidetur.

II

Et postea nullo tempore ipse patronus, aut hæredes eius contra eum, qui libertatus est, quærelas possunt renouare, dicendo: Quod ei debeat obedire, pro eo quod sponte sua, pro beneficio de domino suo uoluntatē eius fecerat. Sed † firmis ei sua permaneat libertas. †firma

De Furtis. Tit. XXXVII.

Paragraph. I

SI quis aldium de furto pulsauerit, & per pugnam eum uicerit, aut fortè per districta publica furtū manifestauerit, & postea † ipse furtus apud alium hominem inuentus fuerit, & certa ueritas apparuerit, quod ipse qui prius composuerat rem ipsam, non furauit, omnia quicquid ipse composuit recipiat ab eo, cui composuerat, & ipse componat apud quem furtum ipsum postea inuentū fuerit. † Illud furtū inuentum

II

Nam si aliquid pro sacramento suo dedit, habeat ipse cui dederit.

III

Nam si certa ueritas non fuerit, quod alter homo ipsum furtū fecisset, & per districtum manifestauerit, & composuerit, habeat ipse compositionem, cui composuit.

De debito. Tit. XXXVIII.

Paragraph. I

SI quis debita fecerit,& res suas uendiderit, & talis fuerit ipse debitus, quod sanare non possit: & filios eius, per uxorem suam, aliquidcunque fierit,& postea sibi,per † quo lauorauerit (post genitor eius omnes res suas uenundauit, uel pro debito suo creditoribus suis dederit) * conquisiuit, aut laborauit, repetendi aut distringendi,sed habeat filius eius iure quieto,sic tamen,ut si à creditoribus pulsatus fuerit,præbeat sacramẽtum,quod de rebus patris uel matris suæ(si ipsa in mũdio patris eius mortua fuerit) nihil apud se habeat, nec alicui commendasset,aut abscondisset. & sit absolutus.

† per quodcũque ingeniũ elaborauerit. postquam eius genitor. * aut à publico intermissi sunt, non habeant facundiã creditores res quas de cõiugesua filius habet uel postea.

II

Et si postea,apud eum inuentum fuerit de rebus paternis,comp. in octogild.

De Infante,res suas intra ętatem uenundãte. Tit. XXXIX.

Paragraph. I

SI quis infans,dum intra ætatem est, res suas cuicunque uendiderit,aut infiduciauerit, & cum in legitimam ætatem uenerit, secundum legem chartulam ipsam irrumpere uoluerit, & in rebus ipsis introire:non habeat pontificium, qui emit,aut qui fiduciauit,quod dederat,requirendum.Quia quãdo comparauit aut infiduciauit,tunc debuit perspicere, quia puer ipse intra ætatem erat,& contra legem faciebat.& propterea constitutum erat, ut qui intra ętatẽ non fuerit,minimè uendere aut infiduciare possit.

II

Talem causam eum habere dicimus, qui emit aut infiduciauit,qualem & ille habere uidetur,qui de seruo,aut de aldione emere,aut infiduciare dinoscitur.

III

Si quis Gastaldius uel Actor curtis regię,qui regiã habet ad gubernandũ,ex ipsa curte,alicui,sine iussione casam tributariam,uel terram,syluam, uites,uel prata ausus fuerit donare.aut si amplius quam iussio fuerit dare præsumpserit, uel si requirere neglexerit,quod per fraudẽ † decultum est, omnia, ipse qui hoc contra iussionem regiam facere ausus fuerit, in duplo octogild componat. sicut qui res Regias furauit.

† ablatum.

IIII

Et si ipse antè mortuus fuerit,quàm fraus ipsa appareat,hæredes eius componãt,sicut supra legitur.

V

Nam si per Actorem fraus facta fuerit,& antea quàm ad nostram perueniat notitiam, fraus ipsa per Gastaldiũ inuenta fuerit,habeat ipse Gastaldius,de compositione quam Actor componere debet, partẽ tertiam, duas partes sint in curte Regia.

VI

Et si per qualẽcunque hominẽ prius ad nostrã uenerit notitiã quàm per Gastaldium inuenta sunt, tunc compositio ipsa integra nobis,& curti nostræ pertineat.

VII

Quod si Iudex aut Actor uel hæredes eorũ pulsati antea fuerint, quod neglectũ fecisset exquirendas res nostras, & ipsi dixerint. Quod ipsi fraudem nescissent, & nullum neglectum fecissent.præbeant in tali ordine sacramentum,& dicant:Quia pater noster fraudem istam nunquam sciuit, nec consensit, nec neglectum posuit, ad exquirendum, nec nos per legem culpabiles esse debemus. & sint postea absoluti.

Hoc

VI

Hoc enim capitulo à modo statuimus, ut firmũ sit. nam quicquid antea actũ est, in nostro arbitrio reseruamus. & hoc proinde statuere præuidimus, pro eo, quod multas fraudes à Gastaldijs uel Actoribus nostris factas inuenimus unde iã multas fatigationes habuimus.

VII

Nam quod à nostris decessoribus, cuicunq; datũ est, stabili ordine uolumus permanere, sicut & illud, quod nos dedimus, aut in antea dederimus.

De Fornicatione aldij. Tit. XL.

Paragraph. I

SI aldius cuiuscunq; liberam mulierem, aut puellã fornicatus fuerit, componat solid. L. ei in cuius mundio ipsæ fuerint.

II

Et illa reputet uitium suum, pro eo quod aldioni consensit.

De Vuadijs de sacramento fugientibus. Tit. XLI.

Paragraph. I

SI quis alij uuadiam de sacramento dederit, & sacramentales dicti fuerint, & postea ipse, qui nominatus est, cum ad sacramentum uenerit & Euangelia posita fuerint, se subtrahere quæsierit, ut sacramentũ rumpatur, sicut in anteriori Edicto constitutum est, tunc ille prius prębeat, qui iurare debet, ad illos sacramentales suos sacramentum. quod cum eum munditer iuret. & si sacramentales ipsi audire noluerint, & se aliquis ex omnibus subtrahere quæsierint, ut ipse causam suam, qui iurare debuerit perdat. iubemus, ut manifestare debeant ipsi sacramentales qui se subtrahere uoluerint, certam ueritatem, pro qua causa iurare minimè pręsumunt, & si manifestare non potuerint præbeat sacramentum, quod nullum colludium habeat cum homine illo, qui sacramentum audire debuit. nisi quod animæ suæ timendo, non pręsumant sacramentales esse.

II

Et ipse postea, qui iurare debet, habeat spatium noctis XII. qui propè sunt, & qui de lõginquo quomodo sunt de Thuscia, uel de Austria, noctęs XXIIII. & quærat alios sacramentales, quos in loco ipsorum ponat, & sic sacramentum deducat, sicut Vuadiam dedit.

III

Et si iurare ausus non fuerit, aut manifestare non potuerit, quicquid ipse, cui sacramentum interea dederit, damnum passus fuerit, de proprijs rebus suis restituat.

De eo qui se defendendo liberum hominem occiderit. Tit. XLII

Paragraph. I

REminiscimur † enim, qualiter iam statuimus, qui hominẽ liberum occiderit, res suas in integro perdat. & qui se defendendo hominẽ occiderit, componat secundum qualitatem personę, nunc autem statuere præuidemus, quomodo sit ipsa qualitas considerandi. † recolimus

II

Consuetudo enim est, ut minima persona quę exercitalis homo esse inuenitur, CL. solid. componatur.

III

Et qui primus est CCC. solid.

IIII

De Gasindijs uerò nostris, uolumus, ut quicunq; † minimissimũ in tali ordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deseruire uidetur, CC. solid. fiat compositus. † uel minimus

Maiores

V

Maiores uerò secundum qualis persona fuerit, ut in nostra consideratione, uel successorum nostrorum debeat permanere, quomodo usque ad ccc. solid, ipsa debeat ascendere compositio.

De Testimonijs falsis. Tit. XLIII.

Paragraph. I

SI quis testimonium falsum, contra quemcunque reddiderit, aut in chartula falsa scienti manu posuerit, & ipsa fraus manifestata fuerit, componat Vuidrigild suo medietatem Regi, & medietatem cuius causa fuerit.

II

Et si talis persona fuerit, quæ non habeat unde componere, tunc, publicus debeat eum dare, pro seruo, in manus eius cuius culpam fecit. & ipse ei deseruiat sicut seruus.

III

Et ille, qui alios rogat testimonium dicere, aut pro causa sua, manum in chartulam falsam ponere, sic componat, sicut ipsos falsos testes iubemus componere. pro eo quod ipsum malum per ipsum fuit † inquoactum. † inchoatū.

De Furtis serui. Tit. XLIIII.

Paragraph I

HOc etenim rectum nobis paruit esse, de his seruis qui in furto comprehenduntur, ut in anteriore Edicto legitur, quod aut occidatur, aut redimat eū dominus suus solid. XL.

At si à modo cuiuscunque seruus comprehensus fuerit, in eo tenore, ut mori debeat, aut ut redimat eum dominus suus, ut dictum est, solid. XL. & si eum redimere non uoluerit, ipse dominus eius eum occidat.

III

Et si dominus eius noluerit eum occidere, occidat eum ille, qui eum comprehensum tenet.

IIII

Et si nec ille uoluerit, tūc accipiat eum curtis nostra, & quomodo nostra iussio fuerit, de ea debeat ordinare.

V

Ipse dominus eius comp. sicut Edictum continet, cui furtum ipsum fuerit.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS. XIII.

LVtprand in Christi nomine Rex gentis Longobardorum, anno regni mei XIII. die Calēdarum Martiarum, Indictione VIII. dum rememorassem quod uenientes homines nostri, in præsentiam nostram, adduxerint causas, inter se altercantes quæ nec per usum sui mus certi ad terminandum, nec in Edicti corpore anteriori incerto. Proinde præuidimus, eas usque ad suprascriptum diē Cal. Martiarum suspendere, dum usque nostri ad nos conissi gerērur Iudices & una cum ipsis, aliquid certū & stabile deberemus imponere, unde postea nulla esset intentio.

Quid pater necesse habeat filijs relinquere. Tit. XLV.

Paragraph. I

DE eo qui filiā in capillo in casa habuerit, & filiū nō reliquerit Legitimū, præcipimus ut de rebus suis amplius per nullū titulū, cuique per donationē, aut pro anima sua facere posset, nisi partes suas: tertiam uerò relinquat filiæ suæ, sicut iam gloriosissimus Rotharis rex, instituit.

Quia

II

Quia qui thinx facit, & postea filia nascitur, in tertia parte, ipsum Thinx rum-pit, secundum anterius Edictum.

III

Et si duas, aut amplius in medietatem.

IIII

De eo nobis, dũ ipso in Edicto legimus de thinx, quod est donationibus, com-paret, quod per nullam donationem, nec per Launegilt possit filias suas, de ipsa tertia portione substantiæ, exhæredes facere. & si duas aut amplius fuerint, de medietate.

De adulterio. Tit. XLVI.

Paragraph. I

DE libero homine, qui uxorem de seruo aut de aldione suo, uiuente ipso mari to, tulerit: & filium aut filias exinde nati fuerint, nullatenus ei hæredes suc-cedant.

II

Sed nec libertatem suam habeant, nec per ullum ingenium eis de rebus suis aliqd facere possit, quia in dubiũ uenit causa ipsa, cuius filius aut filia sit, quan do ambo uiuunt, & dominus & seruus: & qui ante habuit, & qui †post eius tollit. †post ei tollit

De Cautione facta & nihil obligato. Tit. XLVII.

Paragraph. I

SI quis alij cautionem fecerit, & non ei obligauerit de rebus suis: Nisi dixerit in ipsam cautionem, in quibuscunq; locis de rebus ipsius inuenire potuerit, postea uendiderit alij homini de rebus suis, aut ipse, qui eas emit. nam si obliga-tę fuerunt nominatiuè, non eas posset uendere, dum ipsa cautionẽ non sanauerit.

II

Et qui cautionem facere uoluerit, aut nominatiuè obliget de rebus suis qua liter inter eos cõuenerit, aut faciat in ipsa cautione, de tantis rebus suis, quantum in illa die solidi de ipsis fuerint.

III

Qui de personis suis, aldiones sunt, si aliqua compellatio facta fuerit, patrõ-nus eius eum defendat, aut per sacramentum, aut per pugnã. qualis causa fuerit.

IIII

Si Aldium cuiuscunq;, in casam alterius, nesciẽte domino suo fugerit, eum inuentus fuerit, sic debeat dare, homo ipse qui eum habuerit, operas, quomodo & de seruo.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS XIIII.

Iam quidem octies in antiqui Edicti corpore, aliqua præuidimus augmentare capitu-la, quæ nobis & nostris Iudicibus atq; fidelibus secundum Deũ recta comparuerunt. nũc quidem ea quod multæ causæ ad efficiendum incognitæ erant quas alij per consuetudinem alij per arbitrium iudicare æstimabant prævidimus: ut nullus error esse deberet, sed omnib. manifesta clarescat lex. Ideoq; hoc statuimus, annotare capitula anni scilicet Regni nostri Deo largiente, XIIII. Cal. Martiarum, Indictione IX. Quin etiam Iudices & fideles nostri, de partibus Thuscię & Neustriæ nobiscum adfuerunt, & hæc omnia inter se collocuti sunt, & nobis renuntiantes, nobiscum pariter statuerunt atq; definierunt, & cum præsentialiter fu-issent, capitula ista relicta omnibus placuerunt, & præsentem ad sensum statuerunt nobiscũ & nihilominus per ordinem scriberentur.

De qua-

De quadraginta annorum possesione fratrum. Tit. XLVIII.

Paragraph. I

SI inter fratres, per XL. annos possessio fuerit de rebus, seu de casis, uel terris, quæ indiuisæ sunt, uel inter parentes, quis per XL. annos possedit, qualiter præsumit dicere per sacramentum ad sancta Dei euangelia, quod de † habio aut de patre, aut de fratre, aut qualis parens fuit, quod ipsas res suas factas habeat aut per donationem, aut per commutationem, aut per comparationem, aut de æstimatione, aut quomodo præsumpserit dicere aut firmare. liceat eum postea ipsas res illibatas habere.

† auo.

II

Alias uerò res quæ diuisæ fuerunt inter fratres aut nepotes, uel ubi mensura tracta est, fortissantes adæquentur.

III

Nam ubi per XL. annos mensura minimè ambulauit, & causa probata fuerit, quod iure quieto possedisset, sicut supra legitur, per sacramentum definiatur, excepto, si communiter aliquid possident.

De Asto compellato. Tit. XLIX.

Paragraph. I

SI quis alium asto animo compellauerit de pugna, q̄ solet fieri per prauas personas, præbeat sacramentum ipse qui compellat solus, & dicat iuratus: Quia nō asto animo eum per pugnam fatigare quærat, nisi quod certam habeat † suspectionem, siue de furto fuerit, siue de incendio, aut unde ipsa compellatio agitur. & si hoc iurauerit, postea uadat exinde pugna.

† suspicionē.

II

Si autem minimè iurare præsumpserit, non fiat ipsa causa per pugnam iudicata aut finita.

Si quis alij consilium dederit periurandi. Tit. L.

Paragraph. I

SI quis liber homo, ad alium liberum hominem consilium dederit periurare, aut casam alienam incendere, ubi homo cum rebus suis habitat, aut mulierem alienam, aut puellam tulerit, uel rapere. & causa probata fuerit, componat pro ipso illicito consilio, quod contra rationem ministrauerit, solid. C.

II

Ita sanè, ut inter ista capitula, quæ diximus, unde compositio datur, per ipsum qui ipsum malum facit solidos DCCCC. ipse consiliator componat. solid. C.

III

Et unde compositio sui de solid. CCC. consiliator componat L. solid.

IIII

Et si in a Puis minus CCC. fuerint ipsa compositio, consiliator componat sol. XL. minus nō medietate ex omnib. suprascriptis capitulis, in Palatio Regis & medietatem cuius causa fuerit.

V

Et si ipse de quo dicitur, quod ista mala consiliasset iurare uoluerit, quod tale consilium non dedisset, præbeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis, iuxta qualis causa fuerit: & sit absolutus.

VI

Nam per pugnā nō fatigent, nā si rei ueritas manifestata fuerit, cōp. ut supra.

De Thinx siue launegild. Tit. LI.

Paragraph. I

DE donatione, qui sine Launegild aut thingatione facta est, minimè stare debeat.

debeat, quia & specialiter in Edicto sic non fuit institutũ, tamen usq; modo sic est iudicatum. Ideò pro errore tollẽdo, hoc scribere in Edicti pagina iussimus, & qui fuerint propinqui parentes, ipsi succedant.

II

Et si ille superstes est, qui ipsam donationem siue Launchild dedit, possit eam ad se recolligere, excepto si in Ecclesia, aut in loco sanctorũ, aut in xenodochio, pro anima sua aliquid quidcunq; donauerit, stabile debeat permanere.

III

Quia in loco sanctorum, aut in xenodochio, nec thinx nec launchild impedire debet, id quod pro anima sua facit.

Si Infans res suas diuidat, aut causas agat. Tit. LII.

Paragraph. I

SI infans dum intra ætatem est, caussam habuerit cum qualicunq; homine, similiter faciat Iudex parentes ipsius propinqui uenire, & accedat apud locum eum ipsis parentibus, & deliberet caussam ipsam per iustitiam, & faciat notitiam, in quorum præsentia caussam ipsam deliberauerit, & iudicatum suum omittat. ut ipse qui caussam suam quærat, non perdat iusticiam suam, pro eo quod ipse infans, intra ætatem suam esse uidetur.

II

Iudex autem quomodo ordinauerit, aut qualiter fecerit causam, in his capitalis de eo qui intra ætatem est habeatur, retributorem Deum omnipotentem, siue in bono siue in malo.

III

Et missus ille quem Iudex direxerit, pro definiendis causis quæ supra præmisimus, si in aliqua parte eot suum in fraudem declinauerit, aut fecerit, eaq; oportuna non sunt, ut ipse infans damnũ habeat, qui intra ætatem est, & non fecerit æqualitatem, & probatum fuerit quod fraudem fecisset aut conludium, contra ipsum infantem statuisset, de proprio suo restituat, quod fraudulenter diuisit.

IIII

Ideo proinde dicimus, ut infans ille, qui causam suam nescit legitimè procurare, damnum non habeat.

V

Si infans dum intra ętatem est, res suas cum fratribus, aut cum parẽtibus suis diuidere uoluerit, & ipsi cum ipso infante diuidere uoluerint, faciãt Iudici notitiã.

VI

Et ipse Iudex faciat uenire parentes ipsius, & una cum ipso, aut per seipsum, aut per Missum suum, bonam personã, Deum timentem, res ipsius diuidant, sic tamen, ut omni tempore fortes stare debeant, & adæquatio percurrat.

De Religiosa fœmina. Tit. LIII.

Paragraph. I

QVæ uestem & habitus sanctæ religionis suscepit, si contigerit ex peccato, ut adulterium uoluntariè committat, qui ipsam sanctimonialem fœminã adulterauerit, componat solid. cc.

II

Quia de secularibus fœminis Edicto continetur, ut componantur, pro adulterio solid. c. Et nos inspeximus, ueram esse iustitiã, ut Dei omnipotentis causam, & sanctæ genitricis eius Mariæ, cuius uestem suscipiunt, duplicentur.

III

De pecunia uerò eiusdem religiosę fœminę, quę, quod absit, uoluntariè adulterium † penetrauerit, sic fiat, sicut iam antea de de religiosis fœminis statuimus, † perpetrauit
quæ se marito copulauerint.

V De Thinx

De Thinx fratrum. Tit. LIIII.

Paragraph. I

SI duo fratres, aut si pater & filij thingati fuerint, si unus fuerit, curtis Regia ei succedat. Ideo autem hoc scripsimus, quia & si adfictum in Edicto propriè nō fuit, tamen omnes Iudices & fideles nostri sic dixerunt, quod a Catarfeda antiqua, usq; nunc sic fuit.

De Possessione à publico. Tit. LV.

Paragraph. I

DE possessione quā quis de publico habet, & per LX. annos, quietus possederit, liceat eum & in antea, sine aliqua molestione habere, & possidere. Ideo statuimus, quia possessio alienorum hominum, secundum Longobardorum legem, in XXX. annos finitur.

II

Causas quidem Regales, unde compositio expectatur, duplicatā statuit decessor noster Rotharis Rex cōponere. Propterea nobis rectum cum nostris Iudicibus comparuit esse, ut & in ista causa possessionis duplicentur ipsi anni.

III

Et si Iudex aut actor noster ipsum qui possessionē habuerit, pulsauerit, quod ipsam rem iniustè possederit, aut inuasisset, & non sint completi, LX. anni. Tunc ille cuius possessio est, dicat iuratus ad sancta Dei Euangelia, aut de se, aut de parente, aut de † habio, quod ipsam rem, per Principem, qualem ausus fuerit nominare, ipse aut parentes ipsius, per LX. annos possedisset: nec eam per legem dimittere debeat, & sit postea securus.

† auio

IIII

Et si hoc facere ausus non fuerit, aut fortè Gastaldius aut Actor Regis, probare potuerit, quod completis LX. annis, possessio ipsa non sit, & ueritas apparuerit, quod de publico fuisset, aut ostendat præceptum, aut amittat ipsam rem.

V

Si LX. anni in ipsa possessione non fuerint completi, & si forsitan aliquid de seruo aut de Aldione domino Regi comparauit, & probata causa fuerit, relaxet ipsam rem in publicum, quia de seruo & Aldione Regis possessio uenditionis esse non debet, sicut nec aliorum seruis uel aldionibus.

De Equo empto. Tit. LVI.

Paragraph. I

DE eo homine qui caballum in mercato cōparare uoluerit, ut ante duos uel tres homines eum emere debeat, non secretè.

II

Et si aliquis postea ipsum caballum cognouerit, habeat testimonia, in cuius præsentia comparauit, & ei postea furti calumnia non fiat.

III

Et si ad illos testes non crediderit, qui furtū quærit, firmet ipse testes per sacramentum, excepto si tales homines fuerint, quibus Rex aut Iudex, sine sacramento credere possit.

IIII

Et si homines non habuerit, in quorum pręsentia comparauit, nisi simpliciter dixerit: Quod comparaui de Franco, aut nescio de quali homine, componat ipsum caballum pro furto.

De Furonibus qualiter Lex ordinat. Tit. LVII.

Paragraph. I

DE furonibus, unusquisq; Iudex in ciuitate sua faciat carcerem sub terra, & cum inuentum fuerit ipsum furtum, componat & cōprehendat eum, & immittat

mittat in ipsum carcerem ad annos duos, uel tres, & postea dimittat eum sanum.

II

Et si talis persona fuerit, ut non habeat furtum unde componere, debeat eum dare in manus illius, cui ipsum furtum fecit, & ipse de eo faciat quod uoluerit.

III

Et si postea iterum ipse † in furtum tentus fuerit, decaluet eum & cædat per disciplinam, sicut debet furonem. Et ponat ei signum in fronte, & in facie. † in furto detentus

IIII

Si nec sic emendare uoluerit, & post istas districtiones in furtum tentus fuerit, uendat eum foris prouinciam, & habeat sibi Iudex pretium ipsius.

V

Veruntamen, ut probata causa sit, ut non eum sine uera probatione debeat uendere.

De Furtis Tit. LVIII.

Paragraph. I

SI quis homo caballum perdiderit, aut aliam qualemcunque rem, uadat ad Iudicem, qui in loco positus est ubi furtum factum fuerit, & dicat ei omnia qualiter ei contigit. Et si Iudex neglexerit, ad quærendum ipsum furtum, componat de proprio suo ipsum furtum.

II

Et si dixerit quod nullum neglectum fecisset, præbeat sacramentũ, quod neglectũ ad quærendũ non fecisset, nisi quod inuenire non potuisset, & sit absolutus.

III

Et si iurare ausus non fuerit, cõponat ut supra ipsum furtum, de proprio suo.

IIII

Si quis carrum, & boues, in sylua sua inuenerit, & lignamen superpositum, aut qualemcunque rem oneratam, & ipsos boues aut carrum comprehenderit, & ad propria sua duxerit, non sit culpabilis, pro eo quod in rebus suis eum inuenit.

De Exercitalibus. Tit. LIX.

Paragraph. I

DE omnibus Iudicibus, quando in exercitum ambulauerint, & necessitas fuerit, non dimittant alios homines, nisi qui tantummodo unum caballum habet, hoc est homines VI. & tollant ad a saumas suas, ipsos VI.

II

Et de minimis hominibus, qui nec casas, nec terras suas habent, dimittant homines decem, & ipsi homines ad ipsum Iudicem faciat, per hebdomadã unam, operas tres usque dum ipse Iudex, de exercitu reuertitur.

III

Sculdahis uerò, dimittat homines qui caballos habent, ut tollant ad saumas suas caballos tres, & de minoribus hominibus dimittat homines quinque, qui faciant ei operas dum reuersus fuerit, sicut ad Iudicem diximus, per hebdomadã unã operas tres.

IIII

Saltarius quidem tollat caballum unum de minoribus, qui ei operam faciat, tollat hominem unum sicut supra legitur.

V

Et si amplius Iudex, aut Sculdahis, aut Saltarius dimittere præsumpserit homines, sine Regis consensu aut iussione, qui in exercitum ambulare debeant, cõponat vuidrigild suum in sacro Palatio.

HAec omnia superius cõprehensa, quæ antea per Iudicium finita & statuta sunt, & per terminũ positum est. Sic manedt sicut antea sunt statuta. Quæ aũt modò emerserint, sic terminentur, sicut nunc in præsentis Edicti pagina adfiximus

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS XV.

IAm enim nouem uicibus, illud antiqui Edicti corpus augmentare præuidimus, quæ credimus Deo, & nobis hominibus placita esse. Modò quidem unà cum nostris Iudicibus, & reliquis Longobardis fidelibus nostris, die Calendarum Martiarum, anno Christo protegente, regni nostri XV. Indictione X. iterum pro quietudine pauperum, & omnium Longobardorum fidelium nostrorum tranquillitate prospeximus, in Edicti corpore illa adiungere, unde antea erat incerta definitio, quoniam alij uolebāt per usum, alij per arbitrium iudicare. Sed melius nunc est, ut illo imponatur terminus, unde nostri subiecti fatigentur, & qualiter omnium unus fuit, unà nobiscum consensus, ita à modo & in futurò debeat permanere. Primùm omnium statuere, præuidemus, pro Christianæ & Catholicæ legis defensione, quatenus nullus à fide Christi aberrare præsumat, sed firmiter in ea permaneat, ut Deum possemus habere defensorem atq; propitium.

De ijs qui ad [a] Ariolos ambulauerint. Tit. LX.

Paragraph. I

SI quis timoris Dei immemor, ad ariolos, aut ad ariolas, pro aruspicibus aut quibuscunq; responsis, ab ipsis accipiendis ambulauerit, componat sacro palatio medietatem precij sui, sicut adpreciatus fuerit, tanquā si eū aliquis occidisset.

II

† insuper † Super agat pœnitentiam, secundum Canonum instituta.

III

Simili modo, & qui ad arborem quam rustici [b] sanctiuum uocant, atq; ad fontanas adorauerit, aut sacrilegium, uel incantationes fecerit, similiter medietatem precij sui componat in sacro palatio.

IIII

Et si quicunq; scierit ariolum aut ariolā, & nō eos manifestauerit, iustæ pœnę subiaceat.

V

Qui autem seruum suum aut ancillam, ad ipsos ariolos aut ariolas transmiserit, ad aliqua responsa ab eis recipiēda, & probatum fuerit, iustam pœnā cōponat.

VI

Si uerò seruus aut ancilla, sine uoluntate dominorum suorum, & tantum ex sua authoritate ad ariolum aut ariolam ambulauerit, similiter ad aliqua responsa accipienda, tunc dominus eorum uenundare eos debeat, foris prouinciam.

VII

Et si neglexerit dominus eorum hoc facere, superscriptæ pœnę subiaceat.

VIII

† infra tres Si quis Iudex, aut Sculdahis, atq; Saltarius, uel Decanus, de loco ubi arioli, aut ariolæ fuerint, neglexerint à modo † in tres menses eos exquirere, & inuenire, & per alios homines, si inuenti fuerint, tunc componat unusquisq; eorum de loco suo, medietatem precij sui, sicut supra legitur.

IX

Et si manifestatum fuerit, quod sciat Iudex, aut Sculdahis, uel Saltarius, aut Decanus, ubi ipsi arioli aut ariolę sunt, & eos non condemnauerit, aut prēmiū tulerit, aut quasi causa pietatis, uel pro qualicunq; ingenio eos absoluerit, tunc integro uuidrigild suum in sacro palatio componat.

X

Nam si per Iudicem inquisiti aut inuenti fuerint, sine notitia Sculdahis, tunc habeat

habeat ipse Iudex foris prouinciam eos uendendum, & precium sibi tollendum atque habendum.

XI

Nam si per Sculdahis inuenti fuerint, medietatē de ipso precio tollat iudex, & medietatem Sculdahis.

XII

Et si Decanus aut Saltarius ipsos ariolos aut ariolas, uel suprascriptos sacrilegos inuenerit, & Sculdahis suo manifestauerit, tunc tertiam partem ipse Saltarius aut Decanus de ipso precio per quem inuēti fuerint habeat sibi, & duas partes tollat ipse Sculdahis.

XIII

Et ita prospeximus, ut unusquisque Iudex & Sculdahis, faciat mittere præconem, ut † quibus quæ modò ipse negligentia opera egerint, siue masculus siue fœmina, ut à modo non faciat. †quocunque modo ipsi negligenter suā operā egerūt

XIIII

Et si à modo non fecerint, non uadant uenales.

XV

Nam si post ipsum præconem in talibus malis operibus inuenti fuerint, pœnę istæ subiaceant.

VI

Et ita uolumus, atque præcipimus, ut unusquisque Sculdahis, & Saltarius, atque Decanus, iurare debeat Iudici suo, ad sancta Dei Euangelia, quod in ista causa, nullum neglectum ponant. Quia iustum est, ut dum in ista causa, neglectum ponere non præsumant, nec nobis celare eos qui contra nos agunt, aut consiliantur, quantò magis non debent in causa Dei neglectum ponere, quę plus est ad inquirendū.

De Caballo in damno inuento. Tit. LXI.

Paragraph. I

SI quis caballum alienum in damnum suum inuenerit, & iuxta anterius Edictū ad clausuram minauerit, & illam rationē fecerit, quę Edictum anterius cernit sic exinde procedat iudicium, sicut gloriosissimus Rotharis Rex instituit.

II

Nam si amplius aliquid in ipso caballo facere præsumpserit, quàm in Edicto anteriori legitur, si ipse caballus nihil mali passus fuerit, componat pro ipsa illicita presumptione, iuxta qualis ipse caballus fuerit, medietatem precij quantū ipse caballus adpreciatus fuerit. Et ipsum caballum sanum restituat domino eius.

III

Nā si ipse caballus mortuus, aut læsus fuerit, sic cōponat sicut in anteriori Edicto legitur. Et insuper pro ipsa illicita præsumptione, componat ut supra legitur.

De Seruo qui res domini sui* naufragauerit. Tit. LXII.

Paragraph. I

SI qs cū seruo & aldione, uel cū pertinēte alieno, de qualicūque re cōuenerit, sine notitia domini eius, q̄ in anteriori Edicto cōtinetur, & probatū fuerit, quod res domini sui naufragasset, tūc reddat ipsam rē qui eā suscepit absque precio, domino eius, ita ut satisfaciat per sacramentū, quod amplius exinde non tulisset. Postea dominus eius faciat de seruo suo, aut de aldione suo, quod illi placuerit.

De Seruo fugaci. Tit. LXIII.

Paragraph. I

DE seruis fugacibus, quia iam antea capitulum istum adfiximus, sed non est specialiter dictum, in quali spacio dominus eius eum perquirere debeat, ut iustitiam faciat ei qui eum compellat. Modò uerò ita prospeximus, ut si fuerit in Beneuento, aut in Spoleto, habeat spatium dominus eius in menses tres: quod

 si fue-

si fuerit intra Tusciam, habeat spaciū in menses duos. Et si fuerit de ista parte Alpium, habeat spacium perquirendum in mense uno, & faciat iustitiam ei, qui eum de seruo suo compellat.

De [a]Meta coniugi data. Tit. LXIIII.

Paragraph. I

SI quis coniugi suæ metam dare uoluerit, ita nobis iustum ipse comparuit, ut ille qui est Iudex, debeat dare, si uoluerit solid. cccc. amplius non minus, quomodo conuenerit.

II

Et reliqui nobiles homines debeant in solid. ccc. & amplius non.

III

Et si quiscunque alter homo, minus uoluerit, quomodo conuenerit, & ipsa meta sub æstimatione fiat, data & adpreciata, ut nullo tempore exinde intentiones aut causationes procedant.

De rebus alienis malo ordine possessis. Tit. LXV.

Paragraph. I

SI quis res alienas, casas, aut terras, aut pecuniam, aut familiam in malo ordine possederit, & per legem & iustitiam, & iudicium exinde conuictus, & expulsus fuerit, aliud exinde non componat, nisi retro tempus reddat fruges & labores, sub sacramento. Ab illo die, quod exinde compellatio facta & manifestata est.

De Scribis. Tit. LXVI.

Paragraph. I

DE Scribis hoc prospeximus, ut qui chartulas scribunt, siue ad legem Longobardorum quoniam apertissima & pene omnibus nota est, siue ad Romanorum, non aliter faciant, nisi quomodo in ipsis legibus continetur.

II

Nam non contra legem Longobardorum aut Romanorum scribant.

III

Quod si non sciunt, interrogent alteros, & si non potuerint ipsas leges pleniter scire, non scribant ipsas chartulas, & qui aliter facere præsumpserit, componat uuidrigilt suum, excepto si aliquid inter conlibertos conuenerit.

IIII

Et quiscunque de lege sua, subdescendere uoluerit, & pactiones, aut conuenientias inter se fecerint, & ambæ partes consenserint, iste non imputetur contra legem. Quia ambæ partes uoluntariè faciunt. Et illi qui tales chartulas scribunt, culpabiles non inueniuntur esse.

V

Nam quod ad hęreditandum pertinet, per legem scribant, & quæ de hac chartula, in anteriori Edicto fixa sunt, sic permaneant.

Si Liber homo in terra alterius ceciderit. Tit. LXVII.

Paragraph. I

SI quis Liber homo in terra aliena residens [a]libellario nomine, homicidium fecerit, & fuga lapsus fuerit, tunc ille in cuius terra ipse homicida habitauit, habeat spatium in mense uno, ipsum hominem perquirendum, & si eum inuenerit, licentiam habeat ipsum hominem (quamuis liber sit) comprehendendum, & tradendum in manus illius, cui homicidium fecit.

II

Et si hoc non fecerit, dare debeat medietatem de omnibus rebus mobilibus, (excepto terras) quas in ipsa casa ipse homicida habuit.

Quod

III

Quod si nec hoc uoluerit facere, ipse cuius terra est, dare debeat libellario nomine ipsam terram, ei cui homicidiũ factum est. Vt reddat ei exinde sicut ille reddebat, qui ipsum homicidium fecit.

IIII

Tamen de his tribus capitulis, in illius sit potestate, eligendi cuius terra est, ut faciat exinde unum qualem uoluerit.

De Mundiata in sacramentum missa, & Frea alterius mota. Tit. LXVIII.

Paragraph. I

SI quis mulierem aut puellam, aut religiosam fœminam, quæ in alterius mundio est, in sacramento mittere præsumpserit, componat Mundoald eius solid. L. & in palatio solid. numero L.

II

Si quis fream alienam, sine uoluntate de Mundoald eius mouere de casa, ubi inhabitat præsumpserit, & alibi duxerit, componat ille, qui in caput est, pro illicita præsumptione, ad mundoald eius, solid. LXXX.

III

Et si liberi homines cum ipso fuerint, componat unusquisq; per caput, sol. XX.

IIII

Serui autem in compositione domini sui, computentur.

V

Nam si forte ille homo liber, qui ipsam fream, de casa ubi est tulerit, & sibi uxorem duxerit, sic cõponat, sicut gloriosissimus Rotharis Rex in anteriori Edicto instituit.

De Ancilla pro religione mutata. Tit. LXIX.

Paragraph. I

SI quiscunq; liber homo, ancillam suam pro religionis & munditiæ causa, ueste religiosam induerit, ut ei (sicut consuetudo terræ istius est) ad inferendas oblationes per loca sanctorum debeat deponere. Et contigerit ex peccatis ut quispiam homo eam uxorem ducet, ubicunq; inuenti fuerint, separentur. Et componat ipse qui eam tulit uxorem, domino eius solid. numero XL.

II

Et illa reuertatur in pristinum habitum.

III

Quod si aliquis eam (quod absit) adulterauerit, simili modo componat domino eius solid. XL. Quia Edictum anterius de gentili ancilla adulterata XX. solid. continet, ut componatur: de Dei quidem ancilla iustum est, ut compositio duplicetur.

IIII

Veruntamen sic statuimus, ut si probata causa fuerit, per † Præsulterum, aut alium sacerdotem, quomodo ipsa ueste religiosa induta est, ut non fiat alicui homini calumnia, pro figmento sed pro certa ueritate. Et dum probatio uera facta fuerit, sic ipsa compositio fieri debet. † presbyter

V

Hæc autem omnia, quę modo in præsentis Edicti corpore adfiximus, si deinceps causa emerserit, sic debet fieri terminatio, sicut nũc statuere uisi sumus. Quæ autem antea emerserat, sic determinetur, sicut anterior institutio fuit.

Infantem Regi non posse donare. Tit. LXXIII.

Paragraph. I

DE puero qui intra ætatē est, decreuit clementia nostra, cum nostris Iudicibus, uel reliquis Longobardis, ut sicut in alio homini de rebus suis, dū intra ætatē est, donare non potest, ita nec Regi donare possit, antequam in legitimam ætatem peruenerit, quia de causa ista multæ contentiones fuerunt.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS XIX.

De Sponsalibus infantis prohibitis. Tit. LXXIIII.

Paragraph. I

SI infans ante x. & VIII. annos, quos nos instituimus, ut sit legitima ętas, sponsalia facere uoluerit, aut sibi mulierē copulauerit, habeat potestatem & metam facere, & morgincap dare, iuxta Edicti tenorē, & obligationē facere, & fideiussorē ponere, & chartam si uoluerit, pro ista scribere. Et qui fideiussor extiterit, aut scriba qui pro causa ista cartham scripserit, nullam exinde habeat idoneitatē, quia nos usq; ad illam ætatem produximus causam de infantibus, ut ipsi res suas non debeant naufragare, aut disperdere. Nam per istam coniunctionē, quam Deus præcepit absoluimus ut fiat. II

Nulli sit licentia, coniugi suę de rebus suis dare amplius, per qualecunq; ingenium, nisi quod ei in die uotorum in messio morgincap dederit, secundum anterius Edictum. Et quod super dederit non sit stabile.

De Sanctimonialibus. Tit. LXXV.

Paragraph. I

SSi qua mulier, religionis uelamen induta fuerit, obseruatis omnibus, qualiter in superiori capitulo affixa sunt, & monasteriū intrare uoluerit, si filios aut filias habuerit, in q̄rū mūdio esse inueniat, cū tertia porcione de proprijs suis reb. intret in monasterio, & post obitū eius remaneat in ipso monasterio, ubi ipsa intrauerit.

II

Si uerò filios aut filias non habuerit, cum medio de rebus suis intret, & post eius decessum, remaneat ipsa medietas in monasterio. Nam si in domo remanserit, potestatē habeat de rebus suis iudicare pro anima sua, ubi uoluerit, in tertiā partē. Duę uerò portiones de rebus eius sint in potestate, ad quē mundiū de ea pertinet.

De Donatione. Tit. LXXVI.

Paragraph. I

SI quis Longobardus habuerit filiū masculū, legitimū unū, & filiā legitimā unā, aut plures, & antequā eas ad maritū tradat, ad mortē uenerit, potestatē habeat, per chartā donationis, si uoluerit usq; ad quartā porcionē, de rebus suis iudicare, & si iudicauerit stabile permaneat. Nam si duos filios legitimos habuerit, & filiam unam, aut plures, septimā portionē de rebus suis iudicet, si uoluerit. Si uerò amplius fuerint filij, per hanc rationem computentur.

II

Si uerò patre uiuēte, eas ad maritū dederit, ordinet iuxta legē q̄liter uoluerit.

Infra q̄d tēpus permissū est uiduis uelū uel maritū accipere. Tit. LXXVII.

Paragraph. I

NVlli sit licētia, quālibet mulierē, etiā mūdiū eius habēti in potestate, post mortē mariti sui, ante anni spaciū uelare, aut monastico habitu induere, aut alijs nubere. II

Et si ipsa sua uoluntate, ante anni spaciū hoc facere disposuerit, ueniat ipsa ad palatium Regis, & dicat clementiæ eius uoluntatē suā, & interrogata uel inquisita diligenter à Rege per Missum eius, accipiat religionis uelamen.

Si uerò

De Contractibus. Tit. LXXXI.

Paragraph. I

SI plures homines cartam conuenientiæ inter se fecerint, & pœnam posuerint, & postea unus uel duo, uel amplius se de ipsa conuenientia subtrahere noluerint, aut pœnam corruperint, unusquisque componat per caput ipsam pœnam quam posuerunt in integrum, quia omnes unanimiter consenserunt, & nullus eis imperauit talem causam facere, ideo per caput qui ruperit componat, sicut per caput uoluntatiè consenserunt.

II

Si quis à cōuenientia, per cartam à se factā subtraxerit, hæres eius pœna compositionis tenetur, astrictus pręcepto per quandam institutionem, uel quę est.

III

Hoc loco admonendi sumus, quod maleficiorum litigium, nisi lis cōtestata fuerit, aduersus hæredes non transeat. Si uerò de cōtemptu litigauerit, siue lis contestata fuerit, siue non, hęredi & in hæredem competit.

De Pignore & debito. Tit. LXXXII.

Paragraph. I

SI quis fideiussorē aut debitorē suum pignorauerit, & ipsum pignus recolligere neglexerit, & per dies XII. dimiserit, tunc ille qui pignus apud se habuit, si seruus aut ancilla est, custodiat eum ut ei fugā non faciat, & faciat eum sibi operas facere, sicut proprium suum seruum aut ancillam.

II

Et insuper licentiam habeat, repignorare usque in secundā uicē, ut sint ipsa pignora in triplum quantū debitū est, & si per XXX. dies, pignora ipsa, aut debitor aut fideiussor recolligere neglexerit, si in Neustria aut in Austria fuerit, amittat ipsa pignora, & non habeat facundiam requirendi. Si uerò in parentibus, Tusciæ fuerit, habeat spacium in diebus LX. nam si super LX. spacium dierum fuerit, similiter amittat pignora ipsa, & insuper potestatem habeat, qui pignorauit, causam ipsam per legem agere & procurare.

De Animalibus pignoratis. Tit. LXXXIII.

Paragraph. I

SI quis permissum habuerit à debitore, aut à fideiussore suo, ut boues, aut caballos domitos pignorare possit, & pignorauerit, & intra XII. noctes pignora sua debitor aut fideiussor recolligere neglexerit, potestatē habeat ea minare, sicut sua propria, & gubernare.

II

Et si mortua fuerint, non requirātur. nam si pulsatus fuerit, quod iniquo animo plusquam sua animalia minasset, satisfaciat ei solus ad Euangelia.

III

Si uerò per XXX. dies, de ista parte Alpis, aut per LX. ex illa parte Alpiū dilatauerit, & nō recollegerit, sicut supra de seruo & ancilla statuimus, ita & de caballo, aut boue, auro, uel argento, uestimento, ferramēto, aut animalibus minutis, uel quodlibet pignus fuerit, esse ita censemus.

De Seruo pignori damnum faciente Tit. LXXXIIII.

Paragraph. I

SI quis seruum aut ancillam, loco pignoris tenuerit, & furtum, aut damnum, aut homicidium, aut quodlibet malum fecerit, non reputetur proprio domino suo, nisi ei qui eum tenuerit, quia postquam eum pro debito suo comprehendit, sic custodire debuit, ut aliquod malum facere non posset.

II

Si uerò ancilla fuerit, & cum ea, ipse qui cepit pignus, aut seruus eius adulterauerit,

terauerit, aut tempus supra constitutum, quod supra proposuimus de xxx. uel de LX. diebus, componat adulteriũ ipsum proprio domino, cuius ancilla fuerit. Post constitutum uerò xxx. uel LX. dierum spatium, sit in potestate eius qui pignorauit, si ipse cuius fuerit recolligere neglexerit.

De Seruo per colludium deprehenso. Tit. LXXXV.

Paragraph. I

SI quis seruum, aut Aldionem alterius, per colludium comprehendere præsumpserit, dicendo quod super furtum suum comprehendisset, aut tacitè in curte sua noctis tempore inuenisset, & colludium ipsum apparuit, & certa ueritas fuerit approbata, componat ipse qui eum per tale ingeniũ apprehendere præsumpserit, ei cuius fuerit seruus aut aldius, quantum ipse cõponere debuerat, si absq; colludio & fraude eum comprehendisset, id est, furtũ ipsum in octogild cõponat.

II

Et pro illicita præsumptione, cõponat sol. XL. & si furtũ nõ reperierit, nisi tantũ in curte sua cõprehensum dixerit, cõponat solid. XL. si ipsum colludiũ apparuerit.

Puellã ante ætatẽ legitimã non posse nubere. Tit. LXXXVI.

Paragraph. I

DE puella, unde iam antea diximus, ut non ante XII. annos legitima sit ad maritandum, ita statuimus, ut non intrante ipso XII. anno, sed expleto, sit legitima ad maritandum.

II

Ideo nec hoc diximus, quia multas intentiones, de causis istis cognouimus, sed apparuit nobis, quod immatura causa sit, ante expletos XII. annos.

De Licentia filijs testandi. Tit. LXXXVII.

Paragraph. I

SI quis Longobardus, uoluerit filijs suis sibi bene seruientibus aliquid largiri, habeat licentiã hoc modo largire, ut si fuerint duo filij, tertiã partẽ substantiæ suæ posit meliorare, eũ qui bene & secundũ Deum ei obediens fuerit & seruierit.

II

Et si tres fuerint, habeat licentiã quartam partẽ meliorare, qualẽ uoluerit. Et si fuerint quatuor, tribuat quintam partẽ, & si fuerint quinque sextã partẽ. Et si fuerint sex, septimã partẽ: & si amplius fuerint, per hũc numerũ percurrat, ut semper qui pater est, uigorẽ habeat, qualiter ei filij sui, ut diximus, rectè obediãt & seruiant.

III

Et si toti ei bene seruierint, habeant æqualiter substantiã patris.

IIII

Et si forsitan quicunq; secundã, aut tertiã mulierẽ duxerit, & habuerit filios, & de anteriore cõiuge, & de sequenti, non habea: potestatẽ illos posteriores, quorum mater uiuit, meliorare, dum ipsa uixerit, ne dicat aliquis, quod per illam mulierẽ, talis suasio facta sit. defuncta aũt muliere, pater licentiã habeat facere, ut supra legitur. Quia credimus secundũ Deum esse, ut dum seruos qui bene seruierunt, melioratos uidemus, & renumeratos à dominis suis, magis quàm illos qui rectè non seruierunt, quanto magis debet fieri recta causa, ut homo filium suum meliorare, & remunerare posit, qui ei melius seruierit.

De Puella sine uoluntate parentũ nupta. Tit. LXXXVIII.

Paragraph. I

SI puella sine uoluntate parentum, ad maritum ambulauerit, & ei meta nec promissa nec data fuerit, & contigerit ut maritus ipse moriatur, antequam de ca mundium faciat, contempta sit ista mulier, nec posit postea metam quærere ab hæredibus eius, qui defunctus est, pro eo quod negligenter sine uoluntate parentum suorum, ad maritum ambulauerit, nec sint qui iustitiam eius exquirant.

De Re

De Re falsò possessa. Tit. LXXXIX.

Paragraph. I

SI quis possederit qualemcunque rem mobilem, aut immobilem per chartam falsam, & probatum fuerit, quod per ipsum munimentum falsum rem ipsam possideat, non eum defendat possessio sua, hoc est, xxx. annorum, nec excludat illum, cuius res legibus fuerit, sed amittat rem ipsam, quam per chartam falsam possidere uoluit, sic tamen (ut diximus) si probatum fuerit. Et ille ipsam rem recipiat, cui antea pertinere per legem debuerat.

De Terra commutata. Tit. XC.

Paragraph. I

SI quis commutauerit terram, aurum, uel pratum, aut syluam, & ibi laborauerit, & ædificium fecerit, aut clausuram, aut uineas posuerit, & postea surrexerit certus homo, qui ipsum locum suum faciat, & ille qui dedit minimè potuerit eum defendere, recipiat res suas quas dedit, & insuper ipsum damnum restituat ei, quantum appreciatum fuerit, quod ibi postea laborauit, & ędificauit.

II

Sed & de comparatione ita statuimus, sicut & de commutatione. Hoc autem de his causis diximus, unde chartas commutationis aut uenditionis inter se non faciunt.

III

Nam unde chartulas faciunt, & ostendunt, sic debet esse, sicut in ipsis chartulis legitur.

De Monomachijs. Tit. XCI.

Paragraph. I

REcolimus enim, quod statuimus cum nostris Iudicibus, ut qui liberum hominem occidere præsumpserit, omnem suam substantiam amittat.

II

Modò uerò dum repeterent singuli homines, quos fortè aliqua duritia detinebat, quod parens illorum, qui in lectulo mortuus fuerit, per uenenum occisus fuerit. Et dum per pugnam, ipsam causam (sicut antiqua fuerat consuetudo) quęrere disponebant, grauis causa nobis esse comparuit, ut sub uno scuto, per unam pugnam, omnem suam substantiam homo amittat. Ideoq; statuere præuidimus, ut si à modo talis causa emerserit, ut ille qui post mortem parentis sui, per pugnam probare uoluerit, quod eum per uenenum occidisset. Et obseruatis his quæ in anteriori Edicto affiximus, per Euangelia affirmet, quod asto animo causam ipsam non requirat, nisi quod ei certa suspitio sit. Postea potestatem habeat quærere per pugnam, sicut antiqua fuit consuetudo.

III

Et si ei ferita euenerit, cui crimen ipsum mittitur, aut ad campionem ipsius, quem conductum habuerit, non amittat omnem substantiam suam, sed componat secundum qualitatem personæ, sicut antea fuerit lex componendi.

IIII

Quia incerti sumus de iudicio Dei & multos audiuimus per pugnam sine iusta causa suam causam perdere. Sed propter consuetudinem gentis nostrę Longobardorum, legem impiam uetare non possumus.

De Sponsalibus. Tit. XCII.

Paragraph. I

Si quis filiam suam, aut sororem alij sponsare uoluerit, habeat potestatem cui uo-

luerit, Libero tamen homini, sicut anteriori Edicto continetur.

II

Nam qostquam eam sponsauerit, non habeat potestatem alteri homini eam ad maritum dandi, ante biennij tempus.

III

Et si dare cuilibet presumpserit, aut ipsa sponsalia irrumpere uoluerit, componat sponso ipsius, sicut inter se pœnam firmauerint, qualiter in anterioris Edicti continetur pagina. & insuper in Palatio vuidrigild suum componat.

IIII

Et qui eam tollere præsumpserit, componat similiter in Palatio Regis vuidrigild suum.

V

Si uerò sine uoluntate patris, & fratris eam tollere præsumpserit, quæ iam alteri est desponsata, componat sponso eius duplam metam, sicut Edictum anterius continet, & in Palatio Regis componat vuidrigild suum.

VI

Pater uerò & frater, qui in tali causa non consenserint, sint absoluti.

VII

Puella uerò ipsa, quæ hoc sua uoluntate facere præsumpserit, si aliqua ei portio ex parentum successione debetur, amittat ipsam portionem, & nuda & uacua de rebus parentum suorum uadat. Et ipsi succedant qui per legem succedere possunt, nec possit ei aut frater, per quodlibet ingenium aliquid dare, & hereditatem relinquere. Quia excreuit uicium hoc in gentem nostram, propter cupiditatem pecuniæ, et ideo resecare uolumus hoc, ut cessent inimicitie, & faidā non habeant.

VIII

Sin autem (quod absit) post sponsalia facta, tales inter parentes ipsius exercuerint inimicitiæ, qualicunque causa interueniente, ut homicidium de parentibus eorum perueniat, unde duritiam inter se teneant, si dare aut tollere noluerint, cōponat pars quæ neglexerit, sicut inter se statutum habuerint, & sint absoluti. Quia non est bonum ut ibi quispiam debeat dare filiam suam, aut sororē, uel parentem suam, ubi uestra inimicitia homicidij esse probatur.

De Frea malè tractata. Tit. XCIII.

Paragraph. I

Continet autem anterius Edictum, de frea sua, qui eam malè tractauerit, amittat mundium ipsius, & non dicat qualis sit ipsa mala tractatio.

II

Mala tractatio est, si eam fame necauerit, aut uestimentum, aut calceamentum, secundum qualitatem pecuniæ mulieri non dederit. aut si seruo uel aldioni alterius, eam uxorem dare presumpserit. aut turpiter batiderit eam, excepto si infans fuerit, pro honesta disciplina ostendenda, aut propter muliebria opera, aut uitium malum emendandum, sicut de propria filia sua.

III

Et si eam ad † indecibilem operam coactam minauerit, aut si cum ea adultera tus fuerit. Omnia hec qui facere præsumpserit, malè tractatam esse dicimus.

IIII

Et insuper addimus, ut nec ad liberum hominem eam ad maritum dare presumat absque eius uoluntate. Quia peius tractata esse non potest, quàm si illum uirum tollat, quem ipsa non uult.

V

Ideo statuimus, ut propter plagas, aut feritas, si fecerit, uel de adulterio componat eidem fœmine sicut Edictum continet, & mundium eius amittat.

De Mu-

De Muliere quæ uiuo marito alio se sponsauerit. Tit. XCIIII.

Paragraph. I

SI quæ mulier & insipiens homo præsumpserit sponsare mulierem habentem uirum, siue ipse uir eius ægrotus siue sanus (sicut & modo nobis talis causa adnunciata est) & probatum fuerit, cōponat ipse qui hoc fecerit, vuirigild suum ad maritum eius.

II

Et ipsa suscipiat, in se talem condemnationem, qualem superius diximus de illa muliere, quę se turpiter attractare permittit.

De eo qui in Scandalo liberos ferit. Tit. XCV.

Paragraph. I

SI quis furore accepto, battederit hominem liberum, aut mulierē liberam, aut puellā quę in scandalū ubi uiri litigant, uenerint, & per ipsas feritas pōderosi, uel pondorosæ effecti fuerint (sicut & modò factum audiuimus) cōponat medietatem precij ipsius masculi, tanquam si eum occidisset. Et de fœmina simili modo medietatem, tanquam si frater eius occisus sit. excepto si plagas aut feritas fecerit, componat sicut in Edicto anteriori legitur.

II

Si quis aldium, uel aldiam, seruum, aut ancillam battederit, & de ipsa battetura, ponderosi facti fuerint, medietatem precij cōponat domino, uel patrono eorum, tanquam si eum occidisset. Excepto plagas aut feritas, sic componat, sicut in Edicto anteriori legitur.

De Iniurijs mulierum Tit. XCVI.

Paragraph. I

SI quis malitiosè, & per superbiā (sicut & modò factum esse cognouimus) mulierem, aut puellam liberam sedentem ad necessitatem corporis sui, uel in alio loco, ubi ipsa fœmina nudata esse uidetur, pungere uel percutere pręsumpserit, componat mundoald eius solid. LXXX.

II

Et si aldius aut seruus est, qui hoc facere præsumpserit, cōponat domino eius solid. LX. & ipsam personam qui hoc malum fecerit, tradere debeat, in manus eiusdem fœminæ.

De Coniugijs seruorum. Tit. XCVII.

Paragraph. I

SI aldius cuiuscunq; aldiam alterius tulerit ad uxorem, & filios de ea procreauerit, & mundium de ea non fecerit, sint filij eius aldiones, cuius & mater fuerit.

II

Nam † posteus mundium fecerit, & filij nati fuerint, sicut anterius Edictum continet, patrem sequantur. † postquam

III

Talem legem habeant cum patrono suo, qualem & pater eorum habuit.

De Longobarda quæ Romanū uirum tulerit. Tit. XCVIII.

Paragraph. I

SI quis Romanus homo, mulierem Longobardam tulerit, & mundium ex ea fe-

X 2 cerit,

cerit, & post eius decessum, ad alium ambulauerit, maritus sine uoluntate hæredum prioris mariti, faida & anegrip, non requiratur.

II

Quia postquam Romano marito se copulauit, & ex ea mundium fecit, Romana effecta est.

III

Filij qui de tali matrimonio nascuntur, secundum legem patris, Romani fiāt, & lege patris sui uiuant. Ideo faida & anagrip, minimè componere debeat ei qui eam postea tulit, sicut nec de alia Romana.

De Vuadia solue ıda. Tit. XCIX.

Paragraph. I

IN anterioris Edicti nostri capitulo adfiximus, ut si vuadiam suam soluendam, quispiam homo tres fideiussores habuerit liberos homines, & ipse qui vuadiam suscepit, reddere neglexerit, sic componeret, sicut ille qui non habuerit fideiussores paratos.

II

Modò uerò dum proteruos homines cognoscimus, tales fideiussores uellé statuere, qui nihil baberent nisi solummodo personam suam, ut per eos iustitiam suam creditor ipse inuenire minimè posśit. statuimus, ut tales esse debeant fideiussores ipsi, ut si amplius non habuerint quomodo eū pignorare posśint, quàm ipsa obligatio sit, uel tantum habeant, quantum (ut diximus) ipsa obligatio est, unde fideiussores interuenire debeant.

III

Nam si minus habuerint, non sit culpabilis qui eos recipere noluerit, nec ipse qui dare debet posśit se excusare à culpa, dicendo: Quod fideiussores paratos habuisset. Quia imposśibile est, ut talem fideiussorem homo recipiat, qui nō habeat. & si amplius non, uel quantum ipsum debitum fuerit, quod tollere loco pignoris posśit.

IIII

Et si de pręsenti habuerit, unde dare tales fideiussores qui recipiendi sunt: ecce benè.

V

Si autem ipsa hora non habuerit, sit spacium de ipsa vuadia tres dies sine culpa. Et post eam debeat dare tales fideiussores, qui habeant unde persoluant, quod debitor dare debebit.

VI

Si uerò amplius dilatauerit ad fideiussores dandum, componat sicut antea statuimus.

De Infantibus quos mulieres maritos accipiunt. Tit. C.

Paragraph. I

INtercueniente uanisśima, & superstitiosa, & cupida suasione, ex peruersione, apparuit modò in his temporibus, quę illicita nobis, uel contraria nostris Iudicibus coniunctio esse comparuit. Quia etiam iam maturæ ętatis fœminæ, copulabant sibi puerulos, paruulos, & infra ętatem legitimā, & dicebant: Quod uir eius legitimus esse deberet, quod autem adhuc secum ipsa misceri minimè ualeret. Nunc itaq; statuere præuidemus, ut nulla à modo fœmina, hoc facere præsumat, nisi si

† auus pater, aut † abius pueri, cum legitimis parentibus puellæ hoc facere pręuiderint.

II

Nam si puer post mortem patris aut aui sui, intra ætatem remanserit, & ei se qualis-

qualifcunq; fœmina, antequam ipfe puer xii. annos cõpleuerit, copulare præfum pferit, dicendo: Quod legitimus maritus eius debeat effe. Irrita fit ipfa coniunctio, & feparentur ab inuicem.

III

Fœmina uerò ipfa, reuertatur uacua, cum opprobrio, & non habeat poteftatem alio uiro fe copulare, dum ipfe puerulus in ætatẽ fuprafcriptam peruenerit.

IIII

Si quidem impleta ipfa ętate, & puer ipfe fibi eam uxorẽ habere uoluerit, habeat licentiam.

V

Et fi eam noluerit, tollat fibi uxorem aliam qualem uoluerit, aut potuerit.

VI

Illa uerò fi ad alium maritum ambulauerit, & ipfe puerulus habere noluerit, non ei poffet uir fuus, qui eam tulerit pleniter mifftodare, ficut ad alias puellas, fed medietatem tantummodo, ficut ad uiduã mulierem. Qui uerò puero ipfo fuaferit, fiue fi parentes ei iufferint, fiue extraneus homo, componat folid. c. medietatẽ Regi, & medietatem ad ipfum puerulum.

Leges Lutprandi Regis, de anno REGNI EIVS XXI.

De mala Licentia mulieri data. Tit. CI.

Paragraph. I

SI quis dixerit coniugi fuę malam licentiam dando, dicat. Quia uade, & cõcumbe cum tali homine. aut fi dixerit ad hominẽ: Veni & fac cum muliere mea carnis cõmixtionem. & tale malũ factum fuerit, & caufa probata quod ipfum mariti eius factum fit. Ita ftatuimus, ut illa mulier. quę hoc malum fecerit, & cõfenferit, moriatur fecundũ anterius Edictũ, quia talẽ caufam nec facere debuit, nec celare. Quia fi uir eius, cum ancilla fua, aut cum alia fœmina adulteraffet, mulier ipfa ad Palatium, & ad iudices habuit proclamare. Ideo hoc facere nequaquã debuit, quando ei primitus fuerat dictum. Propterea moriatur, fecundum anterioris Edicti paginam.

II

Ille autem uir eius, qui ei tam malam licentiã dedit, aut alteri homini dixit, & authoritatem tribuit in mulierem fuam tale malũ perpetrare, cõponat ad parentes ipfius mulieris fuæ, tanquã fi in fcãdalo occifus fuiffet, quia ipfa ex peccatis in fcandalum currere uifa eft, quando ad hoc malum perpetrandũ acceffit. Quia in maius fcandalum currere non potuit, quando fe ad mortem traxit. Ideo ut præmifimus, componat uir eius, ficut fupra ftatuimus.

III

Et res eiufdem mulieris, fi filios habuerit, ipfi habeant.

IIII

Et fi filios non habuerit, reuertantur ad parentes ipfius mulieris, eò quod credimus, quod tale malũ ideo quęrat mifer homo facere, ut ipfam mulierem perdat, & res eius habeat.

V

Ille aũt homo qui cũ ipfa muliere aliena adulterauerit, quanquã cum uiri eius fecerit cõfilio, fiat traditus in manus ad parentes ipfius, nam non in manu uiri fui, qui tale malum confenferit, uel confilium illicitum dedit.

VI

De caufa ifta, quam fupra premifimus, fi cõfiliũ & licentia data fuerit ad mu-

lierem,& ipsa non consenserit,& manifestauerit causam ipsam, & ipsa opera mala non fecerit,tunc ipse uir eius,qui talem licentiam, & consilium dedit,componat, sicut antea in Edicto adfiximus,quomodo qui alij malum consiliũ dat.id est,fol.L

VII

Quia adhuc maior malitia est, quando homo ad mulierem suam malũ consilium tribuit,quàm si ad alterum hominem malum consilium dedisset.

Si quis alij Res suas commendauerit. Tit. CII.

Paragraph. I

SI quis commendauerit res suas,in cuiuscunque casam de conliberto suo libero homine,& contigerit ut adueniens fur ipsas furauerit,& ipse, in cuius casa ipsæ res fuerunt,reddiderit,aut si non reddiderit,tamen reddere debet.Et nos ita statuimus,& definimus,ut qui * Quia ideo sic prospeximus,quoniam si illa componat ipsum furtum cui res fuerunt. Postea ille cuius casam rupit,quærat ei rupturam casæ suæ,& non possumus ei in una causa duas calumnias importare.Ideoque sic nobis iustum uisum fuit: ut ille qui res suas cõmendauit,recipiat eas ab ipso de cuius casa perierunt.Et ipse de cuius casa ipsum furtũ exiuit, ab ipso furone quærat compositionem,& tollat, sicut lex est.

* res alienas cõmẽdatas susceperit & eas perdiderit,restituat ei ipsas, cuius fuerunt. Et postea furtũ ipsũ si inuentũ fuerit,ei cõponat ipse fur, de cuius casa ipsas res rapuerit aut furatus fuerit.

II

Et ipse fur,licet malefactor sit,non habeat de una causa duas calumnias.

De Aldia fraudulenter ducta. Tit. CIII.

Paragraph. I

SI quis fraudulenter tulerit ancillam alienã,& dixerit quod eum seruus aut aldius ipsius tulisset ad uxorẽ, & postea ueritas clara facta fuerit, quod non eam ipse seruus aut aldius tulisset, tũc primũ omniũ reddat ipsum mancipiũ, cuius fuit,& sit ei ancilla cuius antea fuerat.Et ille qui hanc fraudem facere præsumpserit,det insuper aliam talẽ ancillã,aut aldionẽ eidem homini cui fraudẽ fecit,& reddat opera de ipsa ancilla,quam fraudulenter tulit,quandiu eam apud se habuit.

De conductore casæ si quid emerit. Tit. CIIII.

Paragraph. I

SI quis liber homo in casam alterius introierit ad residendum,& ei censum reddendum,& postea aliquid emerit de illis rebus quas secum adduxit, quando in ipsam introiuit casam,aut forsitã habuerit res de muliere sua, & exinde emerit: & sic probatum fuerit, tunc ipsum negotium dimittat in ipsa casa, & recipiat pretium suum.

II

Et ipsa probatio in hoc ordine debeat fieri, ut quando de rebus mulieris suæ aliquid comparauerit, adducat homines, qui sciant quod ipsum preciũ de rebus de muliere sua sit,ut causa ipsa non ueniat ad periurium. sed quando uoluerit iurare,quod de rebus mulieris suæ cõparatio facta fuisset.Et illi testes firmiter sciãt, & iurent: Quia interfuimus,quando ipsa cõparatio de rebus mulieris ipsius facta est.& sic postea recipiat precium suum,& ipsum negotium remaneat in ipsa casa.

III

Nam si de illo labore comparauerit, quod postea laborauit, aut fecit posteos, ipsa casa quã ad censum reddendũ introiuit, in ipso cespite dimittat ubi laborauit.

IIII

Hoc autem idem nunc adfiximus,quia tantũ modo causam istam in hoc modo semper,& antecessorum nostrorum tempore,& nostro, ª per qua uuadarfida, sicut iudicatum est.Nam in Edicto scripta non fuit.

De Ru-

De Rustica collectione. Tit. CV.

Paragraph. I

SI homines in uno uico habitantes al.quam intentionem habuerint, de campo, aut uinea, prato, aut sylua, uel d· aliare, & collegerit se una pars cum uirtute, & dixerit: Quia eamus & e· amus eos de ipso loco, per uirtutem foras, & scandalum ibi commissum fue plagas aut feritas, & homines mortui fuerint, componant secundum anter: tum, quod dominus gloriosissimus Rothatris Rex, uel nos instituimus, p ita autem præsumptione, de ipsa collectione componat solid.xx.ad illam pa n campo, aut in uite, uel in prato, aut in sylua sua laborem suum faciebant.

II

Hoc autem instituimus, ut nullus præsumat malas causas in qualicunque loco excitare aut facere.

III

Et non potuimus causam istam adsimilare, neque ad Arischil, neque ad consilia rusticanorum, neque ad rusticanorum seditionē, & plus congruū nobis paruit esse, de Consilio malo, id est de Consilio mortis. Quia quando se colligūt, & supra alios uadunt, pro peccatis ad ipsum uadunt, ut malum faciant. aut si casus euenerit, ut hominem occidant, & plagas & feritas faciāt. Ideoque (ut diximus) adsimilauimus causam istam ad Consilium mortis, quod sunt, sicut supra præmisimus solid.xx.

De Iniuria fœminæ illata. Tit. CVI.

Paragraph. I

ADnunciatum est quidem nobis, quod aliquis peruersus homo, dum se quædam fœmina in fluuio lauaret, pannos eius quos ibi habuit lotos, tulisset, & ipsa remansisset nuda, & qui ibant, aut transibant per locum illum, pro peccatis uidebant turpitudinem eius. Ipsa autem in ip ó fluuio semper stare non potebat, reuertere ašt ad casam suam nuda erubesce Proinde statuimus, qui talē illicitā præsumptionē fecerit, cōponat eidē fœm. ui talē turpitudinē fecit, vuidrigilt suū.

I

Ideo hoc dicimus, quasi inuenisset eum frater, aut uir, aut propinqui parētes eiusdem fœminæ, scandalum cum eo cōmitteret, & qui superare potuisset unus alterum interficere habuit. Propter eamelius est, ut se uiuos componant vuidrigild suum, quam de mortuo crescat faida inter parentes, & compositio maior.

III

Item adnunciatum est nobis, quod quidā homo, habeat puteum in curte sua, & secundum consuetudinem furcam & †tolenum ad hauriendam aquam, ueniēs autem alter homo, stetit sub ipso toleno, cum autem uenisset quidam ad hauriendam aquam, de ipso puteo, & incautè ipsum tolenonem demisisset, uenit super eū qui sub ipso stabat, & mortuus est. Cum autem requisitio eiusdem mortui fieret, quis eum debeat componere, & nobis relatum fuisset. Ita nobis & nostris Iudicibus rectum paruit esse: Vt ipse homo qui ibi mortuus est, quia non fuit animal, sed sensum rationalem habuit, sicut homo debet habere, prospicere debuit, in qua li loco se poneret ad standum, aut quale pondus super se uidebat. Ideò reputet sibi duas partes precij, de compositione sua, & tertiam partem, quantum ipse secundum Edicti tenorem adpreciatus fuerit, componat ille qui ipsam aquam incautè hauriebat, & det eam filijs, aut propinquis parentibus, uel qui ei hæredes existūt: & sit causa finita absque omni faida, uel dolo. Quia nolendo factum est. † tolenonem

IIII

Ille autem, cuius ipse puteus fuit, nullam habeat calumniam, quia si calumniam ingerimus, postea nullus permittet de puteo suo aquam leuare.

X 4 Et quis

VI

† sti mon-
suratus

Et quia omnes homines, puteum habere non possunt, reliqui qui sunt paupe tes, † moriuntur, & etiam iterantes necessitatem patiuntur.

De Iumento præstito ad uecturam. Tit. CVII.

Paragraph. I

† pullus

ITem perlatum est nobis, quod quidã homo præstitisset iumentũ suum alteri homini ad uecturã, & † pollenus indomitus secutus fuisset ipsam matrẽ suam: dum autem per uiã ambularet, qui eam ad subuectũ acceperat, contigit infantes in quodam uico stantes, ipse pollenus de calce percussisset unum ex ipsis, & morruus sit. dum autem parentes eius requirerent, mortẽ ipsius infantuli, & nobis retulissent, ita prospeximus, cum nostris Iudicibus: Vt duas partes pretij, qualiter ipse infans ualuerit componat, de cuius ipse pollenus fuit, & tertiam cõponat ille, cui ipsum iumentum præstitum fuerat.

II

Nam nos scimus, quia in anteriori Edicto legitur. Si caballus cum calce damnum fecerit, dominus eius restituat ipsum damnũ. Sed quia iste caballus præstitus fuit, & ipse qui eum suscepit in præstito, rationabilis homo fuit, & potuit dicere (si neglectum non habuisset) ad ipsos infantes ut se custodirent, ut hoc malũ non perueniret. Ideoꝗ pro ipsa negligentia eius, diximus ut tertiã partẽ precij cõponat.

De Domino occiso à seruo. Tit. CVIII.

Paragraph. I

HAec autem rei ueritas peruenit ad nos, quod quidam homo diabolo instigante dixisset ad seruum alienũ: Veni & occide dominum tuũ, & ego tibi facere habeo bonitatem quam uolueris. Ille autẽ puer suasus ab ipso, intrauit in caussam ipsam malam, & idem qui eum suaserat, in tantã malitiã perductus est, ut etiã præsentialiter dixerit eidem puero: Feri ipsum dominũ tuũ. & ipse ei, pro peccatis, feritam fecit, & iterũ dixerit ei: Feri eum adhuc, nam si nõ feriueris, ego te ferire habeo. Ipse autem puer cõuersus, fecerit eidẽ domino suo alterã feritã, & mortuus est. Dum autem requisitio de morte eius, & de cõpositione fieret, uolebant aliqui dicere: Quod tantũ deberet cõponere is qui ipsum puerũ suaserat, & in sua præsentia ipsum hominẽ ferire dixit, quare Edictũ anterius cõtinet De Consilio mortis.

II

Sed nobis & nostris Iudicibus hoc nullo modo placuit, quoniã consiliũ mortis occultè fit concinnatũ, & aliquotiẽs perficitur, & aliquotiens non perficitur. Nam hoc homicidiũ præsentialiter factũ est, & nos nõ dicimus esse consiliũ, quãdo homo alteri homini uerbotenus & præsentialiter ostẽdit, & dicit feri hominẽ istũ.

III

Ideoꝗ qui tale malũ cõmiserit, & sic postulatũ fuerit, non cõponat consilium mortis, sed cõponat sicut nos, nostro tẽpore in Edicto adfiximus: Det omnẽ substantiam suã, & medietatẽ exinde accipiant hæredes defuncti, & medietatẽ curtis Regia. Excepto illã antiquã compositionẽ hæredes ipsius, qui occisus est, in antea tollant, sicut Edicto, nostro tempore (ut diximus) est adfixum.

De Adulterijs. Tit. CIX.

Paragraph. I

SI quis cuiusꝗ aldiam alienã tulerit, aut seruus ancillam, & antea quàm de ipso coniugio aliquam conuenientiã dominus eorum inter se faciant, contigerit ꝗ quispiam miser homo, cum aldia aut ancilla, quæ est uxor alterius, fornicatus fuerit, ita præuidimus, ut de ipsa culpa debeat subiacere ille qui hoc malum perpetrauerit, eidem cuius uxorem adulterauerit.

II

Nam dominus eiusdem aut herus, tantum mundiũ de ea suscipiat, sicut lex est. Si aldia fuerit, & si ancilla fuerit, accipiat exinde precium aut † uacarium sicut conuenerit.

† uicarium

Hoc

III

Hoc autē ideo prospeximus, de uxore serui uel aldionis, quia si de liberó homine, quispiam miser homo, mulierem adulterat, ad maritum eius componat, etiā si non habeat eam mundiatam, non ad parentes.

IIII

Si quis homo liber, habuerit seruū uel ancillā, aldiū aut aldiā cōiugatos, & instigāte inimico humani generis, cū ipsa ancilla, quā seruꝰ eius maritus habuit, aut aldia, q cū aldione eius copulata est, adulteriū perpetrauerit ista. statuimus, ut perdat ipsum seruū uel aldionē, cuius uxorē adulterauit, & ipsam mulierē simul, ut uadant liberi & absoluti fulfrealis, tanquā si thingati fuissent, ubi uoluerint. Quia non est placitū Deo, quod liber homo cū muliere aliena debeat fornicari. Tamen de ipsa libertate, ita dicimus, quia nō possunt sine uera absolutione ueri liberi esse, nisi sicut Edictū cōtinet, ut aut per thinx, aut circa altare, sicut nos instituimus. Ideoq̧ ueniāt ad Palatiū ad nos, aut qui pro tēpore Princeps terræ istius fuerit, eos absoluat, & faciat eorum præceptum suū, & sint postea certisimi liberi, & absoluti.

De Vi à fœminis illata. Tit. CX.

Paragraph. I

RElatum est nobis, quod aliqui homines perfidi, & in malitia cōstituti, dum per se non præsumpsissent manu forti, aut uiolento ordine intrare in locum aut in casam alienam, timentes illam cōpositionem, quæ in anteriori Edicto posita est, fecerunt colligere mulieres suas, quascūq̧ habuerunt, liberas & ancillas, & immiserunt eas super homines, qui non habebant uirtutē, & adprehendētes homines de ipso loco, & plagas fecerunt, & reliqua mala, uiolento ordine plus crudeliter quā uiri exercuerunt. Dum autem hoc ad nos peruenisset, & ipsi homines pro sua uiolentia, qui minus poterant, interpellabāt, ita prospeximus in hoc Edicto adfigere. Et si à modo mulieres hoc facere in qualicunq̧ loco præsumpserint, primò omniū decernimus: Vt si aliquā iniuriā, aut opprobriū, aut plagas, aut feritas, aut mortē, ibi acceperint, nihil ad ipsas mulieres, aut uiros, uel mundoaldos earū cōponant illi, qui se defendendum eis aliquam fecerit læsionem, aut intercisionem.

II

Insuper & Publicus in quo loco factū fuerit, cōprehendat ipsas mulieres, & faciat eas decaluare, & [a] frustrare, per uicos Vicinantes ipsius loci, ut de cætero mulieres talem malitiam facere non præsumant.

III

Et si in ipsis casis feritas aut plagas fecerint ipsæ mulieres cuicūq̧ homini, mariti earum cōponant ipsas plagas, aut feritas quas fecerint, secundū Edicti tenorē.

IIII

Hoc autem ideo prospeximus, tam de disciplina quàm de cōpositione. Quia non potuimus mulierū collectionē ad [b] Arschild cōsimilare, neq̧ ad seditiones rusticanorū, quia istam causam uiri faciūt, nam non mulieres. Ideoq̧ de ipsis mulieribus fiat sicut supra statuimus.

V

Siquidē simpliciter in scandalū qualiscunq̧ mulier cucurrerit, & mortē, aut plagā, aut feritā ibi susceperit, sic ei fiat iustitia sicut decessor noster Rotharis Rex ordinauit.

VI

Si serui per consiliū rusticanorū manu armata, in uicū intrauerint, ad malū faciendū, & quicūq̧ homo liber sub regni nostri ditione positus, cū illis cōsiliatus in capite fuerit, animæ suæ incurrat periculū, aut certè cōponat solid. DCCCC. mediū Regi, & medium ei cui iniuria illata fuerit.

VII

Serui enim qui cum ipso sunt, ex eodem consilio unusquisq̧ componat sol. XL. medium Regi, & medium cui supra diximus.

Et si

VIII

Et si liber homo in capite nō fuerit, ille prior seruus, qui eos cōduxit, moriať.

IX

Serui uerò reliqui qui cum eo fuerint, ex eodem consilio unusquisq; seruus XL. solid. pro eo componat, medium Regi, & medium cui malum fecerit.

X

Si pro quacunq; causa homines rusticani se collegerint, id est, cōsilium & seditionem facere præsumpserint, & cuicunq; se antepo suerint, aut mancipium aut peculium de manu tulerint, quod de casa serui sui dominus tollere uoluerit, tunc ille qui in capite fuerit ex ipsis rusticis, moriatur, aut animam suam redimat, quantum appreciatus fuerit.

XI

Et unusquisq; quòd in ipsam seditionem cucurrerit ad malū faciendum, cōponat solid. XII. medium Regi, & medium cui iniuria illata fuerit, aut se anteponere præsumpserit.

XII

Et si ille, qui rem suam quęrere aut exigere uideatur, ab ipsis rusticis feritas aut plagas factas habuerit, sicut superius statutum est, ei componatur.

XIII

Nam pro pręsumptione tantùm pœnam suprascriptam patiatur.

XIIII

Et si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, nō requiratur, quia ille qui eum occiderit, se defendendo & res suas uindicando, hoc egerit.

De Seruo fugaci. Tit. CXI.

Paragraph. I

SI quis homo sciens, aldium aut aldiam suam, seruū, aut ancillam, in casa cuiuscunq; esse, aut copulato, aut aliter, & non requisierit, aut per Iudicem, aut per publicum, & eum non retulerit, & dimiserit apud alterum hominem diutius permanere, non requirat operas eorum, quia sciendo neglexit requirere seruum, aut ancillam, aldium, aut aldiam suam.

II

Nam si requisierit, dominus eorum, & ille qui eos habuerit, neglexerit reddere aut antesteterit, reddat operas eorum, sicut lex est.

De Aldio ad Ecclesiam fugiente. Tit. CXII.

Paragraph. I

SI seruus cuiuscunq; aut ancilla, uel aldia, aut aldius, in Ecclesiam Dei confugium fecerit, & dominus uel patronus eorum, aut per se, aut per Missum suū, exinde eum uiolentia traxerit, componat vuidrigild suum, in ista Basilica.

II

Et si seruus, uel aldius, sine uoluntate domini sui, hoc malum fecerit, det ipsum seruum uel aldionem, pro ipso malo in manu de custode ipsius Basilicæ. Et ipse dominus uel patronus satisfaciat, quod per ipsius uoluntatem hoc factum non fuisset, ipsum vuidrigild suum non componat.

De Periurijs. Tit. CXIII.

Paragraph. I

SI quis timoris Dei immemor, pro cupiditate terrena, propter qualemcūq; rem, sciens se periurauit, & postea sic inuentū aut probatū fuerit, quod peieraslet, tūc amittat ipsam rem, unde periurauit, & habeat eam ipse, cui contra ratione iurauit. Insuper quia in seipso, & (quod plus est) in Deum peccauit, & negauit fidē suam, & periurauit Dominum Deum, & sibimet non pepercit, componat medietatem de vuidrigild suo, ei cui periurauit.

CAROLI MAGNI P. F. Aug. Romanorum, Francorum, LONGOBARDORVMQVE, IMPERatoris, in Leges Francicas, per ipsum editas, Præfatio.

REgnante Domino nostro IESV CHRISTO in perpetuum. Ego Carolus, gratia Dei, eiusq; misericordia donante, Rex, & Rector regni Francorum, & deuotus sanctæ Ecclesiæ defensor, humilisq; adiutor, Omnibus ecclesiasticæ pietatis ordinibus, seu secularis potentiæ dignitatibus, in Christo domino Deo æterno, perpetuæ pacis, & beatissimis, Salutem. Cōsiderans pacifico pię mentis intuitu, unà cum Sacerdotibus, & Cōsiliarijs nostris abundantem in nos, nostrumq; populū, Christi Regis clementiam, & quàm necessariū est, non solùm toto corde, & ore & pietate, agere gratias Deo incessanter, sed etiā continua bonorū operum exercitatione, eius insistere laudibus, quatenus qui nostro regno tantos cōtulit honores, sua protectione nos, nostrumq; regnum in æternum conseruare dignetur. Quapropter placuit nobis, uestrā rogare solertiā, ô pastores Ecclesiarum Christi, & doctores gregis eius, clarissima mundi luminaria, ut uigili cura, & sedula admonitione populū Dei, ad pascua uitę ęternę ducere studeatis, & errantes oues bonorū exemplorum seu adhortationū humeris intra ecclesiasticæ firmitatis muros reportare satagetis, ne lupus insidians aliquem Canonicas sanctiones trāsgredientē, uel paternas traditiones uniuersalium Conciliorum excedentem (quod absit) inueniens, deuoret. Ideo magno deuotionis studio admonendi, & adhortandi sunt, imò & cōpellendi, ut firma fide, & infatigabili perseuerantia, intra paternas sanctiones, se contineāt, in quo opere, & studio sciat certissimè sanctitas uestra, nostrā uobis cooperari diligentiā. Quapropter & nostros ad uos direximus Missos, qui ex nostri nominis authoritate, unà uobiscū corrigerent, quę corrigenda essent. Sed & aliqua Capitula ex Canonicis institutionibus, quæ magis nobis necessaria uidebantur, subiunximus. Ne aliquis, quęso, huius pietatis admonitionem esse pręsumptuosam iudicet, qua nos errata corrigere, superflua abscindere, recta cohortari studemus, sed magis beneuolo charitatis animo suscipiat. Nam legimus in Regnorū libris, quomodo S. Iosias regnū sibi à Deo datū, circūeundo, corrigendo, admonēdo ad cultū ueri Dei studuit reuocare, nō, ut me eius sanctitati æquiparabilē faciā, sed quod nobis sunt sanctorum semper exēpla sequēda, & quoscūq; poterimus ad studiū bonę uitę in laudē & gloriā domini nostri Iesu Christi cōgregare, necesse est. Quapropter ut prędiximus, aliqua Capitula notari iussimus, ut simul hęc eadē uos monere studeatis, & quęcūq; uobis alia necessariò esse sciatis, ut & ista, & illa intētione ęquali, predicetis, nec aliqd, quod uestræ sanctitati, populo Dei utile uideat, omittite, ut pio studio nos admoneatis quatenus & nostra solertia, & subiectorū obediētia ęterna felicitate ab omnipotente Deo remuneretur.

LEGIS

parentibus, aut his ad quorum curam pertinet uelauerit uirginem, seu uelauit ante xxv. annos ætatis, non ei obsit Cõcilium, quod de isto annorum numero constitutum est, unde colligitur quia iuxta priorem sanctionem, uirgines xxv. ætatis suæ anno, ritè consecrandæ sunt. Quod si præmissæ necessitates ante id fieri compellant, nullum possit Episcopo adferre præiudicium consecrationis.

De Examinatione Sanctæ crucis non facienda. Cap. CII

Sancitum est, ut nullus deinceps, quamlibet examinationem crucis facere præsumat, ne Christi Passionem, quæ glorificatio est, cuiuslibet temeritate contemptui habeatur.

De Pabulo uerbi diuini nunciando. Cap. CIII.

Episcopi uerò, ut siue per se siue per uicarios, pabulum uerbi diuini, sedulè populis adnuntient. Quia ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine prædicationis sonitu incedit. Et ut Clerum sibi commissũ in sobrietate & castitate nutrirent, diuinisq; officijs imbuerent, qui ritè ad sacros sanctos Ecclesiasticos ordines promoueri possent, & ut operam dent, quatenus presbyteri Missarum & lectionarum, siue cęteros libellos sibi necessarios, bene correctos habeant, & qualiter Ecclesias destructas sibi pertinentes, iuxta uires emendent, qualiter etiam uiduas diligẽter instruant, quomodo etiam secundum Apostolicam authoritatem conuersari debeant, edoceant, & ut superstitiones, quas quibusdam in locis, in exequijs mortuorum, nonnulli faciunt, eradicent, & ut exemplo suo innocentiæ ad bene uiuendum prouocent & cunctis Ecclesiasticis negocijs quantum dominus iuuauerit, totis uiribus cõsulere faragant, diligenter ammonuimus, & ut id liberius exequi ualeãt, nos in quantum Deo posse dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

De incestis nuptijs & Ecclesijs diuidendis. Cap. CIIII.

Nonnulla uerò capitula, sicut de incestis nuptijs, nec nõ & de Ecclesijs quæ inter cohęredes diuiduntur, & tali occasione, proprio honore carent, siue de his Ecclesijs, quæ nimiũ rebus proprijs sunt adunatæ, uel certè de his rebus quæ nuper necessitate compellente, à nonnullis Ecclesijs sunt ablatę, & si qua sunt alia siue in Ecclesiasticis, siue in publicis rebus emendatione digna, quæ pro temporis breuitate efficere nequiuimus, in tantum differendum illud dignum iudicauimus, donec domino fauente consultu fidelium, facultas nobis id definiendi ab eo tribuatur, inuenta uerò, in Deo opitulante, effectum obtineant, per tempora hic inserenda censuimus.

De scriptoribus. Cap. CV.

De scribis. Vt non uitiosè scribant.

De seruis proprijs uel ancillis. Cap. CVI.

De seruis proprijs uel ancillis, ut non amplius tondeantur, uel uelentur, nisi secundum mensuram, & ut ubi satis fiat, & uillæ non sint desolatæ.

De Congregationibus. Cap. CVII.

De congregationibus superfluis, ut nullatenus fiant, sed tantos congreget, quantis consilium dare potest.

De Pul-

Variarum rerum. Cap. L.

NOn est nostra uoluntas, ut homines Placentini per eorum pręceptum de curte Palatij nostri illaldiones recipiant. Sicut consuetudo fuit sigilla, & Epistolas prendere, & uias, uel portas custodire, ita nunc sit factum. Vnusquisque in suo missatico maximam habeat curam ad præuidendum, & ordinandum, ac disponendum secundum uoluntatem Dei, & secundum iussionem nostram. De sacramento, ut hi qui antea fidelitatem partibus nostris non promiserunt, promittere faciant, & insuper omnes denuo repromittāt. Vt ea, quæ inter filios nostros propter pacis Concordiam statuimus, pleniter omnes consentire debeant. Vt prędicti Missi per singulas ciuitates, & Monasteria uirorum, & puellarum præuideant quomodo, aut qualiter in domibus Ecclesiarum ornamenta Ecclesijs emendata, uel restaurata esse uideantur, & diligenter inquirant de conuersatione singulorum, uel quomodo emendatum habeāt, quod iussimus de eorum lectione, & cantu, cęterisque disciplinis, & Ecclesiasticę regulę pertinentibus. Vt singuli Episcopi, Abbates, Abbatissę diligenter considerent Thesauros Ecclesiasticos, ne propter perfidiam, aut negligentiam custodum aliquid de uasis, reliquo quoque thesauro perditum sit, quia dictum est nobis, quod negociatores Iudęi, nec non & alij gloriantur, quod quicquid eis placeat posint ab eis emere. Volumus, ut æqualiter Missi nostri faciant de singulis causis, siue de Heribanno, siue de aduenis, siue de cęteris quibuslibet causis. De aduenis uolumus, Vt qui iā diu coniugati sunt per singula loca, ut ibi maneāt, & sine causa, uel sine aliqua culpa non fiant eiecti, fugitiui uerò, & latrones redeant ad propria loca.

De Beneficiarijs. Cap. LI.

AVditum habemus, qualiter & Comites, & alij homines, qui nostra beneficia habere uidentur, comparant sibi proprietates de ipso nostro beneficio, & faciunt seruire ad ipsas proprietates seruiētes nostros de eorū beneficio, & curtes nostrę remaneant desertę, & in aliquibus locis ipsi uicinantes multa mala patiuntur. Audiuimus, quod aliqui reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, & in ipso placito, dato precio, comparant ipsas res iterum sibi in alode, quod omnino cauendum est: quia, qui hoc faciunt, non bene custodiunt fidem, quam nobis promissam habent. Et ne fortè in aliqua infidelitate inueniantur, qui hoc faciunt, per eorum uoluntatem ad aures nostras talia opera illorum non perueniunt. Sunt & alij, qui iusticiam legibus recipere debent, & in tantum fiunt in quibusdam locis fatigati, ut, qui, dum suā iusticiā per fideiussorē manus tradūt, ita aliquid, uel paruum posint habere, & fortiores suscipiant maiorē portionem.

De Mendicis & Cispaticis. Cap. LII.

DE mendicis, qui per patrias discurrunt uolumus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio, aut de propria familia enutriat, & nō permittat alicubi ire mendicatum, & ubi tales inuenti fuerint, nisi in manibus laborent, nullus ei quicquam tribuere præsumat. De Teloneis, & ª ci spaticis, sicut in alia capitula ordinauimus, teneant id, ut ubi antiqua consuetudo fuit exigantur, & ubi noua fuerint inuenta, destruantur.

De Fame. Cap. LIII.

COnsiderauimus itaque ut presenti anno, quia per plurima loca fames ualida esse uidet, omnes Episcopi, Abbatissæ, Optimates, & Comites, seu domestici, & cuncti fideles, qui beneficia regalia tam de rebus Ecclesiasticis, quàm de reliquis habere uidentur, ut unusquisque de suo beneficio suā familiam nutricari faciat, & sua proprietate propriā familiā nutriat, & si Deo donante, super se, & super familiam suam aut in beneficio, aut in dote annonam habuerit, & uenundare uoluerit non carius uendat, nisi modium de auena denarijs II. modium de ordeo contra denarios III. modium unum de secale contra denarios IIII. modium I. de frumento para-